2) **Berardus Eruli,** ep. Spoletan. = tit. s. Sabinae, dein (1474 Maii 23) ep. Sabinen. (Spoletanus), † 1479 Apr. 2; [3])
3) **Nicolaus Fortiguerra,** ep. Theanen. = tit. s. SCaeciliae (Theanensis) † 1473 Dec. 21; [4])
4) **Alexander Oliva de Saxoferrato,** prior gen. O. Er. s. Aug. = tit. s. Susannae (s. Susannae), † 1463 Aug. 20; [5])
5) **Franciscus Todeschini-Piccolomini,** nepos, protonot. apost., dein el. Senen. = diac. s. Eustachii (s. Eustachii seu Senensis), denique Pius pp. III; [6])
6) **Burcardus Weisbriach,** aep. Salzeburgen., publ. 31 Maii 1462 (tit. ss. Nerei et Ach.), † 1466 Febr. 16; v. l. c. nr. 221;

b) *in secunda promotione 18 Dec. 1461 habita:* [7])

7) **Bartholomaeus Roverella,** aep. Ravennaten. = tit. s. Clementis (Ravennatensis), † 1476 Maii 3; [8])
8) **Joannes Gaufridi** (Jouffroi), ep. Atrebaten., dein Albien. = tit. s. Martini in mont. (Atrebatensis vel Albinensis); [9])

Rothomagensis (II, 18), s. Sixti (II, 19), Messanensis (III, 1), Ursinus (III, 3), Avinionensis (III, 4), Bononiensis (III, 6), s. Marci (II, 22), Segobricensis (IV, 1), Zamorensis (IV, 5), Papiensis (IV, 6), Senensis (IV, 7), s. Anastasiae (IV, 8), de Columna (I, 42), Portugallensis (IV, 2), Vicecancellarius (s. Nicolai, IV, 3). — NB. Absentes erant hi S. R. E. cardinales: Augustensis (II, 15), Aquilegiensis (II, 21), Aeduensis (III, 5), s. Petri (III, 7), Constantiensis (IV, 9), s. Angeli (II, 26). — Die 19 Aug. 1458 Aeneas tit. s. Sabinae presb. card. Senensis assumptus est ad summum apicem apostolatus et vocatus Pius II; et associatus de conclavi, quod factum fuit in capella palatii, usque ad altare s. Petri et reductus in palatium cum omnibus card. Die 3 Sept. 1458 Pius II fuit coronatus in gradibus s. Petri et deinde ascendens equum album associatus a . . cardinalibus in pontificalibus cum consueta solemnitate ivit ad s. Joannem Lateran. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 28 et App. I nr. 193, 197, 198, 224, 231, 238, 245, 248, 251.

[1]) Die Mercurii IV temp. 5 Martii 1460 Pius II Senis existens, quam civ. intraverat 1460 Jan. 30 veniens de Mantua, in palatio episcopali de mane in consistorio secreto cum dominis cardin. dominos Angelum Reatin. absentem, Berardum Spoletan. praesentem, Nicolaum Thiannen. etiam praesentem episcopos, Alexandrum de Saxoferrato generalem Ord. (Erem.) s. Aug. praesentem et Franciscum de Piccolominibus sedis apost. protonotarium, nepotem suum, ad dignitatem cardinalatus assumpsit et in S. R. E. cardinales creavit; die vero 8 Mart. in consistorio gen. recepit dominos Spoletan., Thiannen. et generalem praefatos et eis dedit capellum rubeum, domini autem card. associaverunt illos novos cardinales usque ad habitationes eorundem. Die autem 19 Martii 1460 S. P. in monasterio s. Francisci extra muros Senen. existens dedit et assignavit praedictis tribus cardin. titulos infrascriptos, videl. Spoletano tit. s. Sabinae, Thiannensi tit. s. Caeciliae, generali praedicto tit. s. Susannae eisque os aperuit; qui quidem card. inceperunt participare de comm. et min. serv. et de promotionibus dicta die 19 factis. Die denique 21 Martii, quae fuit dies Sabbati, domini A(ngelus) Reatinus et F(ranciscus) protonotarius, nepos S. P., intraverunt civ. Senarum et per eundem S. P. praesentibus dominis card. in ecclesia majori Senen. in consistorio gen. recepti fuerunt, ut moris est, quibus ipse S. P. dedit capellum rubeum et omnes domini card. associaverunt illos usque ad domos habitationum suarum. Die autem 26 Mart. 1460 Senis in consistorio secreto S. P. dedit istis duobus card. titulos infrascriptos, videl. domino Reatino tit. s. Crucis in Jerus. et nepoti praefato diac. s. Eustachii atque aperuit cuilibet ipsorum os, qui inceperunt participare de comm. et min. serv. ab illa die in antea et de provisionibus illa die factis praeterquam de ecclesia Miden. in Hibernia. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 29.

[2]) Dein (1472 Dec. 11) ep. Praenestin. — V. App. I nr. 202, 208, 210, 215, 217, 243, 253, 255, 263, 266, 277, 311, 326, 333, 334, 389.

[3]) V. App. I nr. 223, 224, 229, 264, 270, 342, 344, 403.

[4]) Resignavit mon. s. Basilii de Cavata O. Vallisumbr. dioec. Parmen. 27 Febr. 1469 et mon. s. Barthol. O. S. B. dioec. Ferrarien., reservata annua pens. 80 duc., 1 Oct. 1477 (Obl. 83, 12 et 60). Ad mon. s. Pancratii Florentin. O. Vallisumbr. vac. per illius card. resign. 10 Nov. 1466 Vincentius abbas mon. de Muscheto dioec. Fesulan. translatus est. Praeterea per ejusdem card. obitum vacabant mon. s. Sophiae Benevent. O. S. B. et s. Joannis de Heremitis de Panormo; illud cardinalis s. Petri 24 Dec. 1473, hoc Joannes de Ursinis aep. Tranen. 24 Jan. 1474 in comm. obtinuerunt (Obl. 83, 4 et 31). V. App. I nr. 217, 234, 333, 340.

[5]) V. App. I nr. 230 et lib. II s. v. Camerinen.

[6]) Qui die 15 Maii 1469 resignavit mon. s. Salvatoris Montisarmati O. Cist. dioec. Senen., obtinuit autem in comm. mon. de Quarto O. S. B. dioec. Senen. vac. per transl. Mariani abb. ad illud mon. s. Salv.; 19 Mart. 1483 resignavit mon. b. Mariae inter montes O. S. B. dioec. Gebennen., reserv. annua pens. 300 duc., et 30 Aug. 1497 mon. b. Mariae de Caramania O. S. B. dioec. Taurin., die autem 30 Apr. 1498 mon. de Rocca O. Camald. dioec. Aretin. (Obl. 83, 13; AC Camer. I f. 57 et 64). Cfr. lib. II s. v. Firman. et Pientin. atque App. I ad lib. I nr. 205, 209, 211, 214, 232, 267, 295, 302, 312, 532, 535, 560, 562, 575, 580, 601, 637.

[7]) Die Veneris IV temp. 18 Dec. 1461 S. P. Romae existens in palatio apostolico de mane in consistorio secreto assumpsit ad cardinalatum dominos: Bartholomaeum archiep. Ravennaten., Joannem ep. Atrebaten., Jacobum ep. Urgellen., Ludovicum de Alebreto, Jacobum ep. Papien., Franciscum protonotarium Mantuan. Die autem 19 Dec. S. P. in eodem palatio in consistorio gen. recepit cardinalem Papien., cui dedit capellum rubeum, et associaverunt eum domini card. usque ad domum habit. suae; die vero 8 Jan. 1462 in consistorio secreto eidem card. aperuit os et assignavit tit. s. Chrysogoni. Cfr. Arm. XXXI, 52 f. 30. De aperitione oris ceteris novis card. facta v. App. I nr. 218, 222, 236. — Sunt, qui scribunt, in tertia promotione Viterbii 31 Maii 1462 habita in S. R. E. card. creatum esse Joannem de Eich, ep. Eystetten.

[8]) V. App. I nr. 236, 239, 252, 294, 295, 310, 331 346, 348, 349.

[9]) † 1473 paulo ante 7 Dec. — Qui 9 Mart. 1470 mon. de Morerola O. Cist. dioec. Zamoren. vac. per ob. cardinalis s. Angeli (II, 26) in comm. obtinuit (Obl. 83, 16); v. App. I nr. 218, 231, 269, 284, 339.

9) **Jacobus Cardona,** ep. Urgellen., non habuit tit., † 1466 Dec. 1;
10) **Ludovicus de Alebreto** (Lebreto, Albret), ep. Caturcen. = tit. ss. Marcellini et Petri (de Alebreto), † 1465 Sept. 4; [1])
11) **Jacobus Ammanati,** ep. Papien. = tit. s. Chrysogoni, dein (1477 Aug. 17) ep. Tusculan. (Papiensis); [2])
12) **Franciscus de Gonzaga** Mantuanus, protonotarius apost. = diac. s. Mariae Novae (Mantuanus), † 1483 Oct. 21. [3])

VI. Paulus II,

antea Petrus Barbus, tit. s. Marci presb. card. „s. Marci" (v. supra II, 22), Romae (in palatio Vaticano) electus die 30 Aug. et coronatus die 16 Sept. 1464, obiit die 26 Julii 1471.[4])

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione die 18 Sept. 1467 habita:* [5])

1) **Thomas Bourchier,** aep. Cantuarien. = tit. s. Cyriaci (Cantuariensis), † 1486 Mart. 22; v. App. I nr. 291, 519;
2) **Stephanus de Varda,** aep. Colocen. in Hung. = tit. ss. Nerei et Ach. (Colocensis), † ante 26 Febr. 1471; [6])
3) **Oliverius Carafa,** aep. Neapolitan. = tit. ss. Marcellini et Petri, dein s. Eusebii (Neapolitanus), † 1511 Jan. 20; [7])
4) **Amicus Agnifilus,** ep. Aquilan. = tit. s. Balbinae, dein s. Mariae trans Tib. (Aquilanus), † 1476 Nov. 9; [8])

---

[1]) V. App. I nr. 220, 222, 255, 257, 261; lib. II s. v. Tarvien.

[2]) † 1479 Sept. 10. Quum 5 Julii 1475 mon. de Morimundo O. Cist. dioec. Mediolan. vac. per resign. Marci abbatis F. episcopo Cumano concederetur in comm., cardinali Papiensi reservata est antiqua pensio super fructibus illius abbatiae; per ejus autem obitum vacabant monasteria s. Laurentii Cremonen. O. S. B. et s. Victoris Mediolan., illud Federicus de s. Severino protonot. apost. (postm. cardinalis), reservata annua pens. 500 fl. Joanni tit. s. Praxedis card. Novarien. solvenda, hoc Catellanus de Gallera protonot. apost. in comm. obtinuerunt (Obl. 83, 37 et 64). V. App. I nr. 223, 224, 231, 235—237, 257, 303, 308, 315, 324, 333, 335, 348, 350, 360, 368, 373, 412; lib. II s. v. Lucan.

[3]) Resignavit 18 Mart. 1472 mon. s. Thomae maj. (Veronen.), reserv. annua pens. 500 duc., et 19 Jan. 1478 mon. s. Dionysii Mediolan., reserv. annua pens. 200 fl., die autem 18 Jan. 1479 mon. s. Mariae de la Geronda O. S. B. dioec. Cremonen., cui Ludovicus de Gonzaga, frater ejus, in abbatem praeficitur. Obl. 63 f. 24, 52, 61. Cfr. lib. II s. v. Bononien., Brixinen, Mantuan., Lunden. atque App. I ad lib. I nr. 219, 233, 301, 304, 320, 337, 352, 385, 439, 468, 486.

[4]) Anno 1464 die 28 Aug. hora 24 domini card. in basilica s. Petri congregati cum hymno „Veni Creator" ascenderunt processionaliter palatium s. Petri et ibi intraverunt conclave pro novo pontifice eligendo et die 30 Aug. hora tertiarum unico scrutinio fuit electus in S. P. Petrus tit. s. Marci Venetus nuncupatus et imposuit sibi nomen novum „Paulus II". Qui die 16 Sept. 1464 fuit coronatus in bas. b. Petri et statim post coronationem equitavit apud bas. s. Joannis Lateran., associatus per omnes card., praelatos, barones, nobiles et cortesanos, ut consuetum est, cum magna festivitate et triumpho et gaudio. Et ibi prandium fecit et omnia alia, quae pro illa die solita sunt in Romanis pontificibus fieri; in crastinum audita missa regressus ad palatium b. Petri, associatus etc. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 33. — NB. Praesentes in conclavi praeter ipsum electum erant hi 19 S. R. E. cardinales: Bessarion ep. Tusculan. (II, 11), Guilelmus de Estouteville ep. Ostien. (II, 18), Jo. Carvajal ep. Portuen. (II, 26), Jo. de Turrecremata ep. Sabin. (II, 19), Ludovicus card. Aquilegiensis (II, 21), Latinus card. Ursinus (III, 3), Alanus card. Avinionensis (III, 4), Philippus card. Bononiensis (III, 6), Jo. de Mella card. Zamorensis (IV, 5), Jacobus card. Montisferetri seu s. Anastasiae (IV, 8), Riccardus card. Constantiensis (IV, 9), Angelus card. Reatinus (V, 1), Barthol. card. Ravennatensis (V, 7), Ludovicus card. de Alebreto (V, 10), Jacobus card. Papiensis (V, 11), Rodericus Borja diac. s. Nicolai et vicecancellarius (IV, 3), Franciscus Piccolomini card. s. Eustachii (V, 5), Franciscus Gonzaga diac. s. Mariae novae (V, 12). Absentes autem erant hi 7 S. R. E. cardinales: Augustensis (II, 15), Aeduensis (III, 5), Segobricensis (IV, 1), Theanensis (V, 3), Salzeburgensis (V, 6), Atrebatensis (V, 8), Urgellensis (V, 9). Cfr. App. I nr. 267, 272, 274—276, 279, 294, 306.

[5]) Die Veneris IV temp. 18 Sept. 1467 S. P. in palatio s. Marchi, ubi tunc residentiam suam faciebat, in consistorio secreto, ut moris est, et de consensu dominorum card. assumpsit ad dign. cardin. et in S. R. E. cardinales dominos Thomam Cantuarien., Stephanum Colocen. in Hung., Oliverium Neapolitan. archiepiscopos, Amicum Aquilan., Marchum Vicentin., Joannem Andegaven. episcopos, Franciscum (della Rovere) de Sahona, in s. pag. mag., Ord. Min. generalem, et Theodorum apost. sedis protonot., de Monteferrato vulg. nuncup. Die vero sequenti Sabb. 19 ejusdem mensis idem S. P. in ecclesia s. Marchi in consistorio generali publicavit praefatos dominos cardinales; et in eodem consistorio recepit praefatum Marchum ep. Vicentin. tunc in Curia praesentem, aliis absentibus, ad osculum pedum, manus et osculi, ceteris cardinalibus ad osculum pacis eum recipientibus, et deinde ei dedit capellum rubeum, insignia cardinalatus; qui per dominos card. associatus est usque ad cameram suam, quam in eodem palatio s. Marchi habebat. Et alia facta et gesta sunt, prout moris est. Die autem 2 Oct. 1467 S. P. in consistorio secreto eidem Marcho ep. Vicentin. cardinali noviter creato os aperuit, assignato ei titulo s. Marchi, qui de illa die in antea incipit participare de emolumentis capelli. Cfr. l. c. f. 35.

[6]) Cfr. App. I nr. 281 et 305.

[7]) Resignavit 14 Apr. 1497 mon. de la Cava, quod unitur congregationi s. Justinae de Padua, et 28 Mart. 1498 mon. de Pulsano O. S. B. dioec. Sipontin., quod Jacobo Tocho, ipsius card. nepoti, conceditur in comm. AC Camer. I f. 53 et 63). Cfr. lib. II s. v. Salamantin. et Theatin. atque App. I ad lib. I nr. 274—276, 299, 311, 319, 327, 352, 354, 360, 376, 473, 481, 535, 580, 601, 609, 637.

[8]) Qui 22 Oct. 1467 Urbem intravit et eodem die in consistorio publico pileum rubrum, die autem 13 Nov. ecclesiam s. Balbinae in tit. recepit; 30 Oct. 1467 mon. s. Laurentii Aversan. O. S. B. vac. per promot. Bartholomaei abb. ad eccl. Beneventan. in comm. obtinuit (Obl. 83, 8). Cfr. App. I nr. 274, 275, 357.

5) **Marcus Barbus,** nepos, ep. Vicentin., dein patr. Aquilegen. = tit. s. Marci, dein (1478 Nov. 6) ep. Praenestin. (Vicentinus seu Aquilegiensis vel Patriarcha seu s. Marci), † 1491 Mart. 11;[1])

6) **Joannes Balue,** ep. Andegaven. = tit. s. Susannae, dein (1483 Jan. 31) ep. Albanen. et (1491 Mart. 14) Praenestin. (Andegavensis), † 1491 Oct. 5;[2])

7) **Franciscus de Ruvere (della Rovere)** de Saona, O. Min. minister gen. = tit. s. Petri ad vinc. (1467 Dec. 3) (s. Petri ad vinc.), dein Sixtus pp. IV;[3])

8) **Theodorus de Monteferrato,** protonot. apost. = diac. s. Theodori[4]) (de Monteferrato), † 1484 Jan. 21;[5])

b) *in secunda promotione die 21 Nov. 1468 habita:*[6])

9) **Joannes Bapt. Zeno,** protonotarius apost., nepos = diac. s. Mariae in porticu, dein presb. tit. s. Anastasiae, denique ep. Tusculan. (s. Mariae in porticu), † 1501 Maii 7;[7])

10) **Joannes de Michaelis** (Michiel), protonotarius apost., nepos = diac. s. Luciae in Sept., postea s. Angeli, dein tit. s. Marcelli presb., ep. Albanen., Praenestin., Portuen. (s. Luciae vel s. Angeli seu Veronensis), † 1503 Apr. 10;[8])

VII. Sixtus IV,

antea Franciscus della Rovere O. Min., tit. s. Petri ad vinc. presb. card. „s. Petri ad vinc." (v. supra VI, 7), electus (Romae in palatio Vaticano) die 10 Aug. et consecratus ac coronatus die 25 Aug. 1471, obiit 12 Aug. 1484.[9])

---

[1]) Qui 24 Jul. 1476 mon. s. Crucis de Saxovivo O. S. B. dioec. Fulgin. vac. per ob. Philippi card. Bononien. (III, 6) in comm. obtinuit; die autem 11 Apr. 1491 mon. s. Petri de Rosacio vacans per ob. Marci card. s. Marci Petro Dandolo in comm. conceditur (Obl. 83, 43; AC Camer. I f. 15). Cfr. App. I nr. 275, 311, 314, 316, 345, 376, 387, 396, 397, 475, 476, 535, 536 et pag. 14 not. 5.

[2]) Qui 24 Sept. 1488 mon. s. Vedasti dioec. Atrebaten. vac. per ob. cardinalis Lugdunen. (VIII, 4) in comm. obtinet (Obl. 83, 116), quod quidem 4 Febr. 1489 resignat, die autem 14 Jun. 1490 mon. b. Mariae de Latiniaco dioec. Parisien. resignat (AC Camer. I f. 2 et 10). Cfr. App. I nr. 281, 454, 455, 457, 473, 484, 485, 511, 512, 521, 535, 536—538.

[3]) Qui 5 Sept. 1470 mon. s. Eustachii de Nervisia O. S. B. dioec. Tervisin. vac. per ob. ultimi abbatis in comm. obtinuit (Obl. 83, 17). Cfr. infra not. 7 et App. I nr. 175.

[4]) Quem tit. obtinuit, postquam 21 Apr. 1468 Urbem intravit.

[5]) Qui 29 Oct. 1479 mon. de Tilietto O. Cist. dioec. Aquen. resignavit, quod illico Scipioni de Monteferrato, protonot. apost., nepoti ipsius card., concessum est in comm. (Obl. 83, 64). Cfr. App. I nr. 279, 296, 303, 451, 456, 459, 475, 489, 491.

[6]) Die 21 Nov. 1468 S. P. in palatio s. Petri in consistorio secreto de consensu dominorum card. pronuntiavit in S. R. E. cardinales Jo. Baptistam Zeno et Joannem de Michaelis, protonotarios apost. sedis, nepotes suos ex duabus sororibus, quos ad dign. cardin. assumpserat, et altero die post, quo est festum s. Caeciliae, in consistorio publico in aula majori palatii publicavit eos per ordinem ut supra et recepit eos ad osculum pedum, manuum et osculi, et simili modo alii card. admiserunt eos ad osculum pacis; deinde dedit S. P. eis capellos rubeos, insignia dign. cardin., et alia fecit, prout moris est. Qui deinde associati fuerunt per omnes card. usque ad cameras suas, ubi tunc in praedicto palatio s. Petri habitabant et residebant; et eodem die 22 Nov. S. P. dedit dom. Jo. Baptistae card. tit. s. Mariae in porticu et dom. Joanni de Michaelis tit. s. Luciae in septem soliis diac., qui ab ista die debent participare, secundum quod dixit mihi card. Rothomag. (s. collegii camerarius) die 22 Dec. 1468; die autem Veneris 9 Dec. 1468 S. P. in consistorio secreto aperuit os praedictis novis cardinalibus. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 39. — NB. A. 1471 a Paulo II quatuor alii cardinales creati sunt scil. **Joannes Vitez** aep. Strigonien., **Petrus Foscari** Venetus, **Joannes Bapt. Savellus** Romanus, **Ferricus de Cluniaco** Burgundus. Qui quidem, quum rite publicati non essent, a Sixto IV ipsius Pauli successore non recepti sunt. Attamen Sixtus IV in suis promotionibus a. 1477 et 1480 habitis eosdem, excepto Joanne aepo. Strigonien. interim defuncto, in S. R. E. cardinales de novo creavit. V. infra. Jam exeunte a. 1464 vel ineunte a. 1465 a Paulo II **Theodorus Lelli** ep. Tervisin. et **Joannes Barozzi** patr. Venet. in S. R. E. cardinales creati esse dicuntur, qui quidem, priusquam publicati sunt, obierunt (ille a. 1465, hic a. 1466).

[7]) Cfr. not. ad II, 22. Qui 9 Sept. 1470 mon. s. Ambroniaci O. S. B. dioec. Lingonen. vac. per ob. card. Constantien. in comm. obtinuit et 5 Sept. 1470 mon. de Assis O. S. B. dioec. Suessionen. resignavit commendandum administratori eccl. Gebennen. (Obl. 83, 17), die autem 16 Mart. 1491 obtinuit in comm. mon. s. Spiritus Ravennaten. O. S. B. vac. per ob. Marci card. s. Marci, quod quidem 2 Febr. 1492 resignavit; idem fecit 2 Jan. 1493 quoad mon. de Ruela O. Cist.; die denique 14 Jun. 1501 monasteria s. Zenonis O. S. B. dioec. Veronen., s. Stephani de Carreria O. S. B., s. Eustachii de Nervesia dioec. Tervisin. (cfr. supra not. 3) per ejus ob. vacantia aliis, inter quos Marcus card. Contarenus mon. s. Zenonis obtinuit, in comm. conceduntur (AC Camer. I f. 14, 21, 30, 95.) Cfr. App. I nr. 288, 365, 371, 375—377, 414, 418, 429, 516, 640; lib. II s. v. Vicentin.

[8]) Cfr. not. ad II, 22. Qui 26 Nov. 1473 mon. de Tyano O. S. B. et 24 Jul. 1476 mon. s. Maria de Sania O. S. B. dioec. Nucerin. in comm. obtinuit (Obl. 83, 30 et 43); die 10 Maii 1503 mon. s. Trinit. O. Vallisumbr. dioec. Veronen. per ejus ob. vacans Marco Lando in comm. conceditur (AC Camer. I f. 115). Cfr. App. I nr. 352, 475, 501, 509, 515, 517, 520, 536, 538, 546, 580; lib. II s. v. Veronen. et Paduan.

[9]) Anno 1471 die 6 Aug., quae fuit dies Martis, quae fuit XIa dies obitus Pauli II, cujus exequiae completae fuerunt praecedente die, cantata missa Spiritus sancti et facto sermone cardinales infrascripti intraverunt conclave in palatio apost. apud s. Petrum pro futuro pontifice eligendo hora 15, videl.: Nicaenus (II, 11), Rotho-

S. R. E. cardinales ab ipso creati.

a) *in prima promotione die 16 (non 15) Dec. 1471 habita:* [1])

1) **Petrus Riario** O. Min., ep. Tervisin. = tit. s. Sixti, † 5 Jan. 1474; cfr. App. I nr. 341; [2])

2) **Julianus de Ruvere (della Rovere)**, nepos, ep. Carpentoraten. (dein Lausanen., Saonen., Constantien., Mimaten., Vivarien., Avinionen., Bononien., Vercellen.) = tit. s. Petri ad vinc., dein ep. Sabinen. (1479 Apr. 19) et Ostien. (1483 Jan. 31), (s. Petri), Poenitentiarius major, denique Julius pp. II; [3])

b) *in secunda promotione die 7 Maii 1473 habita:* [4])

3) **Philippus de Levis**, aep. Arelaten. = tit. ss. Marcellini et Petri (Arelatensis), † 1475 Nov. 11; [5])

---

magensis (II, 18), Ursinus (III, 3), Bononiensis (III, 6), s. Crucis (V, 1), Spoletanus (V, 2), Theanensis (V, 3), Ravennatensis (V, 7), Neapolitanus (VI, 3), Aquilanus (VI, 4), Patriarcha (VI, 5), s. Petri in vinc. (VI, 7), Vicecancellarius (IV, 3), Mantuanus (V, 12), Montisferrati (VI, 8), s. Mariae in porticu (VI, 9), Veronensis (VI, 10) et Papiensis (V, 11), qui infirmabatur et die proximo Mercurii 7 Aug. de mane hora 11 intravit conclave. — NB. Absentes erant hi S. R. E. cardinales: Avinionensis (III, 4), Aeduensis (IV, 5), Segobricensis (IV, 1), Senensis (V, 5), Albiensis (V, 8), Cantuariensis (VI, 1), Andegavensis (VI, 6). — Die denique 10 circa horam 15 Franciscus tit. s. Petri in vinc. presb. card. Saonensis assumptus fuit ad summum apicem apostolatus et vocatus Sixtus IV; et associatus fuit de conclavi, quod factum fuit in capella palatii, usque ad altare s. Petri et reductus in palatium cum omnibus cardinalibus, ut est moris. Qui die 25 Aug., quae fuit dies dominica, fuit coronatus in gradibus s. Petri et deinde ascendens in sedem ornatam associatus a 17 cardinalibus in pontificalibus cum consueta solemnitate ivit ad s. Joannem Lateranen. et eadem die circa horam primam noctis iterum associatus a praedictis cardinalibus per viam trans Tiberim rediit ad s. Petrum. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 42 et 43; App. I nr. 328, 329, 352, 354, 356, 391, 393, 446, 474, 497.

[1]) Die 15 (!) Dec. 1471 S. P. in consistorio secreto ante IV temp. creavit in S. R. E. cardinales Petrum ep. Tarvisinum et Julianum ep. Carpentoraten., nepotem suum, et die Lunae 22 Dec. publicavit eos in suo consistorio secreto et dedit eis titulos, videl. Petro ep. Tarvisin. tit. s. Sixti et Juliano nepoti suo tit. s. Petri in vinc. Qui cardinales post consistorium, ut moris est, associati sunt ab aliis cardin. et de promotionibus in eodem consistorio factis inceperunt participare, quia illa die 22 fuit apertum eis os et in illo consistorio dederunt vota. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 44. Eorum creationem die 16 Dec. factam esse demonstrat *L. Pastor*, „*Geschichte der Päpste*" II[1] 426, not. 5.

[2]) Resignavit 19 Jul. 1472 mon. de Sorocinio O. S. B. dioec. Vauren. et 28 Apr. 1473 mon. Panispontis O. S. B. dioec. Maclovien., reserv. annua pens. 200 duc., 5 Jun. 1473 mon. s. Cucufati O. S. B. dioec. Barchinonen., 20 Oct. 1473 mon. Fontisfrigidi O. Cist. dioec. Narbonen., reserv. annua pens. 400 fl. Die 24 Dec. 1473 obtinuit in comm. mon. s. Christinae O. S. B. dioec. Papien., jam pridem autem mon. s. Vincentii Meten. O. S. B., quod per ejus ob. vacans 27 Mart. 1474 Ludovico de Agnellis, protonot. apost., in comm. conceditur (Obl. 83 f. 25, 27, 28, 29, 31 et 32). Per ejus obitum vacabant quoque episcopatus Florentin., Spalaten., Mimaten., Hispalen., Valentin. et Dien. necnon patriarch. Constantinop.

[3]) Resignavit 22 Mart. 1473 mon. s. Pauli Virdunen. ac mon. Bonaevallis O. Cist. dioec. Pictaven., reservata annua pens. 200 fl. de utroque; obtinuit in comm. 27 Aug. 1473 mon. s. Savini extra muros Pisarum, 10 Dec. 1473 mon. s. Petri de Luxolio O. S. B. dioec. Bisuntin., quod 2 Dec. 1474 resignavit, reserv. annua pens. 400 duc.; obtinuit pariter 24 Dec. 1473 mon. s. Sophiae Beneventan. O. S. B. vac. per ob. cardinalis Theanen., 3 Dec. 1473 mon. s. Symphoriani Meten. O. S. B., quod 5 Jun. 1475 resignavit, reserv. annua pensione 200 fl.; resignavit quoque 15 Jul. 1476 mon. s. Romualdi de Valdecastro O. Camald. dioec. Camerin. et mense Jul. 1477 mon. b. Mariae della Vangadizza O. Camald. dioec. Adrien., reservata certa annua pensione, ac 29 Oct. 1477 mon. Grandissilvae O. S. B. dioec. Tolosan., reserv. annua pens. 400 scut., et 4 Sept. 1482 mon. ss. Petri et Pauli de Muscheto O. Vallisumbr. dioec. Florentin., commendandum suo auditori Baptistae de Paniaticis, reserv. tertia parte fructuum, ac 12 Dec. 1491 mon. s. Erasmi Gaietan. O. S. B. uniendum congregationi Montisoliveti; die denique 7 Nov. 1492 obtinuit in comm. mon. s. Barthol. de Anglario O. Camald. dioec. Aretin. vac. per ob. Bernardini abb. Cfr. Obl. t. 83 f. 27, 29, 31, 43, 42, 49, 50, 81; AC Camer. I f. 19; Alex. VI a. 1 Later. lib. prov. f. 76; infra p. 23 not. 13 et lib. II s. v. Cathanien., Messanen., Lodoven. atque App. I ad lib. I nr. 332, 351, 355, 402, 404, 418, 423, 424, 426, 454, 465, 473, 501, 521, 525, 545, 580, 649, 651, 661.

[4]) Die 7 Maii 1472 S. P. in consistorio secreto apud s. Mariam maj., ubi tunc idem S. P. residebat, creavit infrascriptos 8 cardinales, videl. Philippum archiep. Arelaten., Stephanum archiep. Mediolanen., Ausiam archiep. Montisregalis, Petrum ep. Seguntin., Antonium ep. Conchen., Jo. Baptistam ep. Melfitan., Joannem ep. Novarien., Philibertum ep. Matisconen. Die autem Lunae 10 Maii S. P. in ecclesia s. Mariae maj. dedit capellos rubeos sex ex dictis card. praesentibus in Curia, videl. dominis Arelaten., Mediolanen., Montisregalis, Molfetan., Matisconen., Conchen. Et fuerunt recepti ad osculum manus et oris per S. P. et per omnes card. ad pacis osculum, ut moris est; et deinde cantatus hymnus „Te Deum laudamus" et aliae orationes cantatae et facta omnia, quae fieri consueverunt. Quibus finitis fuerunt associati per omnes card. usque ad basilicam XII Apostolorum, et ibi fuit prandium cum P. cardinali s. Sixti. Die denique 17 Maii 1472 S. P. in consistorio secreto apud s. Mariam maj., ut moris est, peractis aliis in consistorio, aperuit os dictis sex card. et dedit eis titulos infrascriptos, videl. (Arm. XXXI, 52 f. 46 et 47):

Philippo archiep. Arelaten. tit. ss. Petri et Marcellini,
Stephano archiep. Mediolanen. tit. s. Adriani
Ausiae archiep. Montisregalis tit. s. Vitalis
Petro ep. Seguntin. tit. s. Mariae in Domnica
Antonio ep. Conchen. tit. s. Viti (s. Clementis)
Jo. Baptistae ep. Molfetan. tit. s. Balbinae (s. Caeciliae)
Jo. ep. Novarien. tit. ss. Nerei et Achillei (s. Praxedis)
Philiberto ep. Matisconen. tit. s. Luciae in silice.

[5]) Resignavit 28 Sept. 1473 mon. s. Taurini O. S. B. dioec. Ebroicen. (Obl. 83, 29); v. App. I nr. 347.

4) **Stephanus Nardini,** aep. Mediolan. = tit. s. Adriani, dein s. Mariae trans Tib. (Mediolanus), † 1484 Oct. 22; [1])
5) **Auxias de Podio,** aep. Montisregalis = tit. s. Vitalis, dein s. Sabinae (Montisregalis), † 1483 Sept. 3 (2 ?); [2])
6) **Petrus Gundisalvi de Mendoza,** ep. Seguntin. (dein aep. Hispalen. et Toletan.) = tit. s. Mariae in Domnica, dein (1478 Jul. 6) s. Crucis (Seguntinus vel Hispalensis seu Toletanus), † 1495 Jan. 11; [3])
7) **Antonius Jacobus Venier,** ep. Conchen. = tit. s. Viti, dein s. Clementis (Conchensis), † 1479 Aug. 3; [4])
8) **Joannes B. Cybo,** ep. Melfitan. = tit. s. Balbinae, dein s. Caeciliae (Melfitanus), denique Innocentius pp. VIII; [5])
9) **Joannes Arcimboldus,** ep. Novarien., dein aep. Mediolanen. = tit. ss. Nerei et Ach., dein s. Praxedis (Novariensis seu Mediolanensis); † 1488 Oct. 2; [6])
10) **Philibertus Hugonet,** ep. Matisconen. = tit. s. Luciae in silice, dein (1477 Aug. 17) ss. Joannis et Pauli (Matisconensis); † 1484 Sept. 11; [7]) v. App. I nr. 369, 401, 424, 425, 445, 500; lib. II s. v. Aeduen.;

c) *in tertia promotione die 18 Dec. 1476 habita:* [8])

11) **Georgius de Costa** (O. Cist.), aep. Ulixbonen. = tit. ss. Marcellini et Petri, dein (1484 m. Nov.) s. Mariae trans Tib. (Portugallensis seu Ulixbonensis); † 1508 Sept. 19 (vel 18); [9])
12) **Carolus de Borbonio,** aep. Lugdunen. = tit. s. Martini in mont. (de Borbonio); † 1488 Sept. 13; [10])
13) **Petrus Ferrici,** ep. Tirasonen. = tit. s. Sixti (Tirasonensis), † 1478 Sept. 25; App. I nr. 387, 394;
14) **Joannes de Melinis,** ep. Urbinaten. = tit. ss. Nerei et Achillei (Urbinatensis); † 1478 Jul. 24; [11])
15) **Petrus de Fuxo,** el. Veneten. = diac. ss. Cosmae et Dam., dein tit. s. Sixti presb. (de Fuxo); † 1490 Jul. 17; [12])

---

[1]) Cfr. App. I nr. 352, 440, 453, 475, 503 (not.), 504. Obtinuit in comm. mon. s. Salvatoris dioec. Lodoven. 31 Oct. 1473, mon. de Faya O. S. B. dioec. Burdegalen. 21 Nov. 1473, die autem 24 Dec. 1473 mon. s. Stephani O. S. B. Januen., quod quidem 15 Mart. 1474 resignavit commendandum Hieronymo de Comite can. Lateranen.; resignavit quoque mon. s. Cucufati O. S. B. dioec. Barchinonen. 5 Jul. 1479, reserv. annua pens. 250 fl., die autem 30 Jun. 1480 mon. s. Ambrosii Mediolan. O. S. B. commendandum certo cuidam Bernardo, reservata una parte fructuum, et aliud mon. commendandum Joanni de Nardinis, protonot. apost., nepoti suo; die denique 11 Jan. 1480 mon. s. Barthol. O. Vallisumbr. dioec. Novarien., reservata annua pens. 300 fl. (Obl. 83 f. 30, 31, 62, 69, 71).

[2]) Cfr. App. I nr. 406—408, 415, 453, 461, 466, 474, 480; lib. II s. v. Caesaraugusten. et Caputaquen.

[3]) Resignavit 23 Jan. 1493 mon. de Carensedo dioec. Astoricen. commendandum Joanni de Leon protonot. apost. (AC Camer. I f. 30). Cfr. App. I nr. 3 90, 572; lib. II s. v. Oxomen. not. 4.

[4]) Cfr. App. I nr. 409 et 410.

[5]) Cfr. App. I nr. 418, 461, 490; lib. II s. v. Oxomen. not. 3 et 4.

[6]) Obtinuit 24 Jul. 1476 mon. s. Benedicti de Gualdo O. S. B. dioec. Nucerin. vac. per ob. cardinalis Bononien. in comm. et 29 Oct. 1479 annuam pens. 500 fl. super fructibus monasterii s. Laurentii O. S. B. Cremonen. Federico de s. Severino protonot. apost. (postm. card.) commendati, die autem 4 Maii 1487 resignavit mon. s. Dionysii Mediolan. commendandum G. Antonio Arcimboldo fratri suo germano (Obl. 83 f. 43, 84, 109). Cfr. App. I nr. 336, 338, 350, 359, 363, 461, 488, 490, 503, 510, 512, 527.

[7]) Die 8 Oct. 1473 obtinuit in comm. mon. de Brogueria dioec. Cameracen. et Bonaevallis dioec. Bisuntin., die autem 11 Mart. 1477 illud resignavit, reserv. annua pens. 200 fl.; resignavit quoque 24 Maii 1476 mon. Reomen. dioec. Lingonen., reserv. annua pens. 300 franc.; die autem 21 Febr. 1477 obtinuit in comm. mon. de Tongorlay O. Praem. dioec. Cameracen. vac. per ob. ultimi abbatis; 27 Nov. 1477 eidem card. confirmata est antiqua pensio 400 fl. super fruct. mon. s. Eugendi Juren. O. S. B. dioec. Lugdunen.; die denique 30 Aug. 1480 resignavit mon. Cluniacen. dioec. Matisconen. et 18 Jul. 1483 mon. s. Petri Cabilonen. (Obl. 83 f. 29, 42, 47, 51, 69, 85).

[8]) Die Mercurii IV temp. 18 Dec. 1476 S. P. apud s. Petrum in suo consistorio secreto, ut moris est, assumpsit ad cardinalatum infrascriptos 5 dominos, videlicet Georgium archiep. Ulixbonen., Carolum archiep. Lugdunen., Petrum ep. Tirasonen., Joannem de Melinis ep. Urbinaten., Petrum de Fuxo ep. Veneten., atque die Veneris 20 Dec. in suo consistorio publico apud s. Petrum publicavit suprascriptos 5 card. et deinde dedit capellos rubeos in signum cardinalatus dominis Petro ep. Tirasonen. et Joanni ep. Urbinaten., servatis omnibus consuetis, videl. de recipiendo ad osculum manus et oris. Die denique Lunae 30 Dec. idem S. P. in suo consistorio secreto apud s. Petrum aperuit os suprascriptis duobus card. et dedit eis titulos, videl. domino Urbinaten. tit. ss. Nerei et Achillei et domino Tirasonen. tit. s. Sixti; et ab hac die in antea participant. Die 15 Jan. 1477 S. P. in suo consistorio dedit titulos tribus absentibus card., videl. Georgio aep. Ulixbonen. tit. ss. Marcellini et Petri, Carolo aep. Lugdunen. tit. s. Martini in mont., Petro ep. (seu potius el.) Veneten. diac. ss. Cosmae et Dam. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 51.

[9]) Resignavit 21 Apr. 1488 mon. s. Mariae de Alcobatia O. Cist. dioec. Ulixbon. (Obl. 83, 115) et 30 Apr. 1490 mon. de Tarauca O. Cist. dioec. Lamecen. ac 31 Aug. 1496 mon. s. Michaelis de Fojas O. S. B. dioec. Bracharen. necnon 21 Nov. 1498 mon. s. Mariae de Pomberio O. S. B. dioec. Bracharen. (AC Camer. I f. 9, 49, 69). Cfr. hujus partis App. I nr. 427, 430, 431, 493, 494, 505, 517, 538, 539, 580, 640.

[10]) Cfr. App. I nr. 528.

[11]) Cfr. App. I nr. 358, 361, 362, 364, 378, 392.

[12]) Alias: Aug. 10. Die 24 Jan. 1477 resignavit mon. s. Petri de Lessato O. Clun. dioec. Riven., reserv. annua pens. 200 fl., ac 16 Sept. 1485 mon. s. Savini O. S. B. dioec. Tarvien. (Obl. 83 f. 27, 46, 98); per ejus obitum vacabat mon. s. Melani Redonen. O. S. B., quod 29 Aug. 1490 Antoniottus card. s. Anastasiae in comm. obtinuit. (AC Camer I f. 11). Cfr. App. I nr. 524, 526, 530, 535; hib. II s. v. Aduren., Bajonen., Milevitan.

d) *in quarta promotione die 10 Dec. 1477 habita:* [1])

16) **Christophorus de Ruvere,** aep. Tarentasien., castellanus (castri) s. Angeli, nepos = tit. s. Vitalis (Tarentasiensis);[2])
17) **Hieronymus Bassus de Ruvere,** ep. Racanaten., nepos = tit. s. Balbinae, dein (1479 Sept. 17) s. Chrysogoni, denique (1492 Aug. 21) ep. Praenestin. (Racanatensis); † 1507 Sept. 1; [3])
18) **Georgius Hesler,** protonot. apost., imperatoris consiliarius = tit. s. Luciae in Silice (s. Luciae seu Hesler); [4])
19) **Gabriel (Rangone)** de Verona O. Min. Obs., ep. Agrien. = tit. ss. Sergii et Bacchi (Agriensis); † 1486 Sept. 27; [5])
20) **Petrus Foscari,** primicerius eccl. s. Marci de Venetiis = tit. s. Nicolai ad imagines (Venetus); † 1485 Aug. 11; [6])
21) **Joannes de Aragonia,** protonot. apost. = diac., dein presb. s. Adriani, denique s. Sabinae (de Aragonia); [7])
22) **Raphael (Sansonus) Riario,** protonot. apost., nepos = diac. s. Georgii ad velum aur., dein presb. tit. s. Sabinae, denique s. Laur. in Dam. (s. Georgii); † 1521 Jul. 9; [8])

e) *in quinta promotione die 10 Febr. 1478 habita:* [9])

23) **Dominicus de Ruvere,** S. P. subdiac. et cubicul., dein aep. Tarentasien., frater supradicti Christophori = tit. s. Vitalis, dein s. Clementis (Tarentasiensis seu s. Clementis); [10]) † 1501 Apr. 22;

---

[1]) Die Mercurii 10 Dec. 1477 S. P. in suo consistorio secreto apud s. Petrum assumpsit ad ordinem cardinalatus infrascriptos 7 dominos, videl.:

Christophorum de Ruvere archiep. Tarentasien., utr. jur. doct., castellanum (castri) s. Angeli,
Hieronymum ep. Racanaten., nepotem,
Georgium Hesler protonot. apost., imperatoris consiliarium,
Gabrielem de Verona, ep. Agrien., O. Min., s. theol. mag.,
Petrum Foscari de Venetiis, protonot. apost., primicerium eccl. s. Marci de Venetiis,
Joannem de Aragonia, protonot. apost., filium Ferdinandi regis Siciliae,
Raphaelem de Rivario (!), protonot. apost., comitis Hieronymi nepotem.

Die autem Veneris 12 Dec. S. P. in suo consistorio publico apud s. Petrum publicavit suprascriptos sex (!) card. et eis assignavit titulos infrascriptos, videl.:

Christophoro aep. Tarentasien. presb. card. tit. s. Vitalis
Hieronymo ep. Racanaten. presb. card. tit. s. Balbinae
Georgio Hesler presb. card. tit. s. Luciae in Silice
Gabrieli ep. Agrien. presb. card. tit. ss. Sergii et Bacchi
Petro Foscari presb. card. tit. s. Nicolai ad imagines
Joanni de Aragonia diac. card. (tit.) s. Adriani
Raphaeli de Riario diac. card. (tit.) s. Georgii ad vel. aur.

Deinde immediate post finem consistorii S. P. misit capellum rubeum in signum cardinalatus Christophoro aep. Tarentasien. portandum usque ad castrum s. Angeli, ubi idem card. erat castellanus, per unum ex tribus conservatoribus almae Urbis Romae. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 53.

[2]) † 1478 Febr. 1; cfr. App. I nr. 377 et 379.

[3]) Cfr. App. I nr. 380, 382, 413, 521, 546, 580; lib. II s. v. Eugubin.

[4]) Cui († 1482 Sept. 21) S. P. die 13 Jan. 1478 pileum rubrum misit; cfr. App. I nr. 420—422, 464.

[5]) Sepultus Romae in eccl. fratrum Min. de Aracoeli. Per ejus ob. vacabat mon. de Ursicampo O. Cist. dioec. Noviomen., quod 18 Jan. 1487 Jacobo Dubruchet in comm. consessum est (Obl. 83, 106). Cfr. App. I nr. 416, 417, 433, 434, 447, 522.

[6]) Alias m. Sept. Cfr. App. I nr. 383, 384, 441, 477, 513; lib. II s. v. Paduan.

[7]) † 1485 Oct. 17. Die 16 Nov. 1472, quum nonnisi protonot. apost. esset, obtinuit in comm. mon. Jesu Nazareni Montisaragonum O. Cist. dioec. Oscen., die autem 10 Maii 1475 mon. s. Benedicti Salernitan. O. S. B. vac. per ob. ultimi abbatis; per ejus obitum vacabant insuper mon. s. Laurentii Aversan. O. S. B. et b. Mariae de Pomposa O. S. B. dioec. Ferrarien. ac mon. Cassinense O. S. B. nullius dioec.; primum Ursus ep. Theanen. 19 Oct. 1485, secundum Hippolytus de Este, filius ducis Ferrariae, adhuc puer (postm. S. R. E. card.), 12 Dec. 1485, tertium Joannes de Medicis clericus Florentin. (postm. Leo pp. X), reservata quadam portione pro mensa monachorum, in comm. obtinuerunt (Obl. 83 f. 26, 37, 98, 99, 108). Cfr. lib. II s. v. Caven., Strigonien., Salernitan., Tarentin., Cusentin., Pacen. (not. 2), Pacten.; App. I nr. 399, 400, 405—407, 411, 419, 435 452, 456, 458, 466—470, 475, 479, 481, 498, 514.

[8]) Die 16 Febr. 1487 resignavit mon. s. Mercurialis Forolivien. et s. Mariae de Flumaria dioec. Forolivien. unienda congregationi Vallisumbr. (Obl. 83, 107). Cfr. lib. II s. v. Viterbien., Conchen., Oxomen., Salamantin., Pisan., Rigen. (not. 2), Trecoren., App. I ad lib. I nr. 386, 388, 395, 436, 450, 475, 531, 580, 621, 663.

[9]) Die Mercurii 10 Febr. 1478 S. P. in suo consistorio secreto apud s. Petrum assumpsit ad cardinalatum Dominicum de Ruvere, S. R. E. subdiaconum et cubicularium suum, fratrem supradicti domini Christophori, creando eum presb. card. tit. s. Vitalis; et in continenti in dicto consistorio secreto idem card. fuit receptus ad osculum manus S. P. et ad osculum pacis per omnes card.; et fuit ei datus capellus rubeus in signum cardinalatus, et alia facta, ut moris est. Cfr. Arm. XXXI, 52, f, 54.

[10]) Qui 23 Mart. 1489 mon. s. Christianae O. S. B. dioec. Mediolan. resignavit commendandum Octaviano Arcimboldo (AC Camer. I f. 3). Cfr. App. I nr. 381, 410, 478, 495, 521, 580, 637, 639; lib. II s. v. Gebennen., Taurinen., Cornetan., Nicosien. (not. 7).

f) *in sexta promotione die 15 Maii 1480 habita:* [1])

24) **Paulus de Campofrigoso,** aep. Januen. = tit. s. Anastasiae, dein s. Sixti (Januensis); † 1498 Apr. 22; [2])
25) **Cosmas de Ursinis,** aep. Tranen. = tit. s. Sixti, dein ss. Nerei et Ach. (de Ursinis); † 1481 Nov. 21); [3])
26) **Ferricus de Cluniaco,** ep. Tornacen. = tit. s. Vitalis, dein s. Mariae in Domnica (Tornacensis); † 1483 Oct. 7; [4])
27) **Joannes Bapt. de Sabellis,** protonot. apost. = diac. s. Viti (de Sabellis); † 1498 Sept. 18; [5])
28) **Joannes de Columna,** protonot. apost. = diac. s. Mariae in Aquiro (de Columna); † 1508 Sept. 26; [6])

g) *in septima promotione die 15 Nov. 1483 habita:* [7])

29) **Joannes de Comitibus,** aep. Consan. = tit. ss. Nerei et Ach., dein (1489 Mart. 9) s. Vitalis (de Comitibus); [8])
30) **Elias** (**de Bourdeilles** O. Min.), aep. Turonen. = tit. s. Luciae in Sil. (Turonensis); † 1484 Jul. 5; v. App. I nr. 496;
31) **Joannes** (**Moles a Margaritis**), ep. Gerunden., orator regis Castellae = tit. s. Vitalis; † 1484 Nov. 21; [9])
32) **Joannes Jacobus** (**Sclafenatus**), ep. Parmen., cubicul. S. P. = tit. s. Stephani in Coelio monte (Parmensis), tr. ad tit. s. Caeciliae 1484 Nov. 17 (?); [10]) † 1497 Dec. 9; v. App. I nr. 429, 521, 580, 597;
33) (**Joannes**) **Baptista de Ursinis,** protonot. apost. = s. Mariae in Domnica, dein s. Mariae novae diac., demum tit. ss. Joh. et Pauli presb. card.; † 1503 Febr. 22; [11])

---

[1]) Die Lunae 15 Maii 1480 S. P. in suo consistorio secreto apud s. Petrum, ut moris est, assumpsit ad cardinalatus apicem infrascriptos dominos, videl.

Paulum de Campofregoso archiep. Januen., absentem,
Cosmam de Ursinis aep. Tranen. et abb. Farfen.,
Ferricum de Cluniaco ep. Tornacen., absentem,
Joannem Bapt. de Sabellis protonotarium, tunc legatum in Perusio,
Joannem de Columna de Genazano protonotarium, praesentem. Die autem . . Maii S. P. dedit titulos infrascriptis, videl.
Cosmae de Ursinis presb. card. tit. s. Sixti,
Ferrico de Cluniaco presb. card. tit. s. Vitalis
Jo. Baptistae diac. card. s. Viti in macello
Jo. de Columna diac. card. s. Mariae in Aquiro
Paulo archiep. Januen. presb. card. tit. s. Anastasiae.

Die denique Sabbati 3 Junii S. P. in consistorio publico in palatio apost. apud s. Petrum, ut moris est, dedit capellos rubeos supradictis card. in Curia praesentibus, videl. Cosmae de Ursinis archiep. Tranen., Jo. de Sabellis sedis apost. protonotario, Jo. de Columna sedis apost. protonotario, qui deinde associati fuerunt per omnes card. usque ad domos habitationum suarum; die autem Veneris 9 Junii idem S. P. in consistorio secreto aperuit os supradictis tribus card., et ab illa die in antea incipiunt participare. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 59 et 60.

[2]) Die 6 Jan. 1492 resignavit mon. s. Mariae Claraevallis Fontisvivi O. Cist. dioec. Parmen. commendandum episcopo Malleacen. (AC Camer. I f. 20); cfr. App. I nr. 443, 444, 451, 533, 535, 545, 578, 580, 582, 600.

[3]) Die 8 Aug. 1477 mon. Farfen. O. S. B. dioec. null., vac. per res. Latini card. de Ursinis avunculi sui, in titulum obtinuerat (Obl. 83, 49). Cfr. App. I nr. 448.

[4]) Die 11 Maii 1472 resignaverat mon. de Firmitate O. Cist. dioec. Cabilonen., cui sic vacanti Claudius, ejusdem mon. monachus, praefectus est in abb., die autem 20 Oct. 1473 mon. s. Petri de Flavineio O. S. B. dioec. Aeduen. (Obl. 83, 24 et 29). Cfr. App. I nr. 462, 463, 483.

[5]) Cfr. App. I nr. 428, 432, 437, 438, 442, 449, 475, 487, 505 (not.), 521, 535, 543, 545, 578, 588, 603; lib. II s. v. Majoricen.

[6]) Die 29 Apr. 1493 resignavit mon. de Bonacumba O. Cist. dioec. Ruthenen. commendandum Clementi episcopo Mimaten. (AC Camer. I f. 33). Cfr. App. I nr. 475, 487, 521, 578, 586, 662; lib. II s. v. Perusin.

[7]) Die sabati 15 mensis Novembris a. 1483 Sixtus IV in congregatione in palatio s. Petri facta assumpsit ad dignitatem cardinalatus infrascriptos dominos, videl.:

Joannem de Comitibus aepum. Consan., praesentem in Curia;
Eliam aepum. Turonen., absentem;
Joannem epum. Gerunden., oratorem regis Hispan., praes.;
Joannem Jacobum epum. Parmen., cubicul. suum, praes.;
Baptistam de Ursinis, protonot. apost., praesentem.

Et dicta die dedit eisdem infrascriptos titulos, videl. 4 presb. card.
Joanni aepo. Consano tit. ss. Nerei et Achillei,
Eliae aepo. Turonen. tit. s. Luciae in Silice,
Joanni epo. Gerunden. tit. s. Vitalis,
Jo. Jacobo epo. Parmen. tit. s. Stephani in Coelo monte,
Baptistae de Ursinis diac. card. s. Mariae in Dompnica.

Die Mercurii 19 ejusdem mensis Nov. idem S. P. in consistorio publico recepit infrascriptos (4 card.) et deinde admisit eos ad osculum oris et manus; et similiter omnes card. receperunt eos ad osculum pacis. Et successive idem S. P. dedit eisdem 4 praesentibus capellum rubeum in signum cardinalatus; et fuit cantatum „Te Deum laudamus" et alia facta, ut moris est. Die autem Mercurii 26 ejusdem mensis Nov. a 1483 idem S. P. in consistorio secreto aperuit os dominis Joanni card. de Comitibus, Joanni tit. s. Vitalis card. Gerundensi, Joanni Jacobo tit. s. Stephani card. Parmensi, Baptistae s. Mariae in Dompnica diac. card. de Ursinis. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 67 et App. I nr. 496.

[8]) † 1493 Oct. 20; cfr. App. I nr. 580.

[9]) Cfr. App. I nr. 503 (not.), 506.

[10]) Die 26 Jan. 1493 resignavit mon. s. Nazarii Novarien. commendandum Ibleto de Flisco protonot. apost., obtinuit autem in comm. mon. s. Dionysii Mediolan. vac. per promot. Guidonis Ant. Arcimboldi ad eccl. Mediolan.; resignavit quoque 10 Mart. 1494 mon. s. Petri de Petroso dioec. Portugalen. commendandum Didaco Lupi clerico Bracharen., reserv. regressu et annua pens. 70 duc. (AC Camer. I f. 2 et 37).

[11]) Cfr. not. ad III, 3. Die 22 Maii 1500 resignavit mon. s. Laurentii Aversan. O. S. B. commendandum Altobrandino de Pitigliano, nepoti suo (l. c. f. 85). Cfr. lib. II s. v. Nicosien. ad a. 1502 et Carthaginen. ad a. 1492 atque App. I nr. 503 (not.), 508, 518, 543, 545, 549, 571, 577, 578, 580, 617, 620, 630, 650, 656.

h) *in octava promotione die 17 Martii 1484 habita:* [1])

34) **Ascanius (Maria) Sfortia** de Vicecomitibus, ep. (vel potius el.) Papien. = s. Viti in Macello diac. card. (Ascanius); [2])

VIII. Innocentius VIII,

antea Joannes Baptista Cybo, tit. s. Caeciliae presb. card. „Molfetanus" seu „Melfitanus" (v. supra VII, 8), electus (Romae in palatio Vaticano) a. 1484 die 29 Aug. et coronatus die 12 Sept., obiit 25 Jul. 1492.[3])

S. R. E. cardinales ab ipso creati

in promotione die 9 Martii 1489 habita: [4])

1) **Laurentius Cybo,** nepos, aep. Beneventanus = tit. s. Susannae, postmodum s. Caeciliae ac s. Marci, dein ep. Albanen., (Beneventanus); † 1503 Dec. 21);[5])

2) **Ardicinus de la Porta,** ep. Alerien. = tit. ss. Joannis et Pauli (Aleriensis), † 1493 Febr. 4; [6])

---

[1]) Die Mercurii 17 mensis Martii (a. 1484) in consistorio secreto, ut moris est, Sixtus IV assumpsit ad dign. card. Ascanium Sfortia de Vicecomitibus, (electum) episcopum Pavien., creando eum diac. card. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 68. Contelorius in suo opere de S. R. E. card. (p. 70) scribit, eum jam die 6 Mart. creatum et 17 Mart. publicatum esse.

[2]) † 1505 Maii 27. Resignavit 1497 Apr. 14 mon. s. Ambrosii Mediolan. uniendum congregationi Claraevallis et 23 Jan. 1499 mon. s. Savini dioec. Placentin. commendandum Alexandro de Lunate protonot. apost. (AC Camer. I f. 53 et 72). Cfr. App. I nr. 492, 499, 502, 503 (not.), 529, 545, 557, 563—566, 570, 576, 580, 595, 613, 626, 627, 664: lib. II s. v. Agrien., Cremonen., Novarien., Pensaurien.

[3]) Die Jovis 26 Aug. a. 1484 post missam de Spiritu sancto celebratam per card. s. Marci et oratione facta infrascripti 25 card. intraverunt in conclave in majori capella pro electione futuri pontificis, videl.: Vicecancellarius (IV, 3), Neapolitanus (VI, 3), Aquilegiensis (VI, 5), s. Petri ad vinc. (VII, 2), s. Mariae in Port. (VI, 9), Mediolanensis (VII, 4), Novariensis (VII, 9), Melfitanus (VII, 8), Matisconensis (VII, 10), s. Angeli (VI, 10), Ulixbonensis (VII, 11), Recanatensis (VII, 17), Agriensis (VII, 19), Foscari (VII, 20), s. Clementis (VII, 23), de Aragonia (VII, 21), Gerundensis (VII, 32), de Comitibus (VII, 30), Parmensis (VII, 33), Senensis (V, 5), s. Georgii (VII, 22), de Sabellis (VII, 27), de Columna (VII, 28), Ursinus (VII, 33), Ascanius (VII, 34). NB. Absentes igitur erant cardinales: Andegavensis (VI, 6), Segobricensis (IV, 1), Seguntinus (VII, 6), de Borbonio (VII, 12), Januensis (VII, 24), de Fuxo (VII, 15). — Die Dominica 29 Aug. Joannes Bapt. tit. s. Caeciliae presb. card. Melfitensis nuncupatus de mane circa undecimam horam fuit electus et creatus in summum pontificem, qui accepit pro suo nomine „Innocentius VIII"; et deinde, ut moris est, fuit associatus de palatio per omnes card. usque supra altare s. Petri, ubi dedit benedictionem et alia fecit, ut moris est. — Die Dominica 12 mensis Septembris a. 1484 Innocentius VIII post missam celebratam ad altare s. Petri et alia facta, quae fieri consueverunt in coronatione pontificum, in gradibus s. Petri, ut est moris, fuit coronatus in papam, et deinde associatus per omnes cardinales, praelatos, officiales usque ad ecclesiam s. Joannis Lateranen., ubi fecit omnia fieri solita; deinde de sero circa primam horam noctis rediens per viam Transtiberim, associatus per partem dictorum praelatorum, rediit ad palatium s. Petri. Cfr. Arm. XXXI, 52, f. 60 et App. I nr. 535, 542.

[4]) Feria secunda die 9 Martii 1489 S. P. in consistorio, omnibus card. tunc in Urbe existentibus (uno dempto, videl. card. s. Mariae in Port., qui non interfuit) interessentibus, qui fuerunt 18, videl. Vicecancellarius, Neapolitanus, s. Marci, s. Petri ad vinc., Andegavensis episcopi, s. Angeli, Ulixbonensis, Rechanatensis, s. Clementis, Januensis, de Comitibus, Parmensis presbyteri, de Fuxo, s. Georgii, de Sabellis, Columna, de Ursinis et Ascanius diaconi, creavit 5 cardinales novos, videl. Andream aep. Lugdunen. al. Burdegalen. (O. S. B.), Laurentium aep. Beneventan., Ardicinum della Porta ep. Alerien., Antoniottum Gentilem ep. Aurien. et Petrum Paulum magistrum ord. s. Joh. Hieros., quorum primus et ultimus ab Urbe aberant. Cfr. Burch. Diar. ed. Thuasne I. 335. NB. Praeter illos quinque card. tunc alios tres, scil. Maphaeum de Gerardis Venetum, Federicum de s. Severino Mediolanensem, Joannem de Medicis Florentinum in S. R. E. card. ab Innoc. VIII assumptos, sed in pectore reservatos esse constat. Cfr. App. I nr. 539, 541, 543. — Feria II die 23 Mart. 1489 fuit primum consistorium post publicationem novorum card. supradictorum, in cujus principio S. P. novis card. praesentibus clausit et in fine aperuit os et tam ipsis quam absentibus dedit titulos, videl. aepo. Lugdunen. tit. s. Martini in mont., aepo. Beneventan. tit. s. Susannae, epo. Alerien. tit. ss. Joh. et Pauli, epo. Aurien. tit. s. Anastasiae, domino Rhodianensi (magistro O. s. Joh. Hieros.) diac. s. Adriani. Cfr. Ciac.-Old. III, 124—144, ubi insuper mentio fit de quibusdam aliis secundum nonnullos scriptores inter cardinales ab Innoc. VIII adlectis, sc. Friderico epo. Cracovien., N. (Hippolyto de Este?) aepo. Strigonien., Pantaleone Cybo, Nicolao Cybo, Hermolao patr. Aquilegien., sed hi tres posteriores dignitatem cardin. minime obtinuerunt, lli autem duo priores ab Alex. VI inter cardinales adnumerati sunt.

[5]) Resignavit 19 Aug. 1489 mon. s. Stephani Iporegien. O. S. B. commendandum Joanni Steph. de Ferreriis, protonot. apost. (postm. card.), et 3 Mart. 1490 mon. s. Victoriani dioec. Ilerden. commendandum Baptistae de Pinella, protonot. apost. et arcis s. Angeli de Urbe castellano, ac 20 Dec. 1490 mon. s. Joh. de Sordo O. S. B. dioec. Aquen. commendandum Arnaldo de Fabro protonot. apost., die autem 6 Jun. 1492 mon. s. Pastoris O. Cist. dioec. Reatin. commendandum Johanni Bapt. Ususmaris protonot. apost. et 5 Nov. 1492 mon. s. Stephani O. S. B. dioec. Vercellen. commendandum supradicto Joanni Steph. de Ferreriis ac 7 Apr. 1494 mon. Fiscanen. (Fécamp) O. S. B. dioec. Rothomagen., cujus abbas nunc fit Antonius abbas mon. ss. Corn. et Cypr. Compendien. (Compiegne). AC Camer. I f. 6, 8, 12, 23, 28, 38; cfr. App. I nr. 535, 544, 580, 601, 640; lib. II s. v. Naulen. (1503).

[6]) Resignavit 22 Jun. 1492 mon. s. Silani de Romagnano O. S. B. dioec. Novarien. commendandum Manfredo e marchion. Romagnani (l. c. f. 23); cfr. App. I nr. 535, 547.

3) **Antoniottus Pallavicinus,** ep. Auriensis = tit. s. Anastasiae, dein s. Praxedis (s. Anastasiae vel s. Praxedis);[1])
4) **Andreas de Spinayo** (d'Epinay), aep. Burdegalen. (et Lugdunen.) = tit. s. Martini (Burdegalensis seu Lugdunensis);[2])
5) **Petrus d'Aubusson,** magnus magister equitum Rhodensium (O. hosp. s. Joh. Hieros.) = s. Adriani diac. (magnus magister Rhodi); † 1503 Jul. 3; cfr. App. I nr. 658;
6) **Maffaeus de Gerardis** O. Camald., patr. Venetiarum = tit. ss. Sergii et Bacchi al. ss. Nerei et Ach. (Venetiarum)[3]);
7) **Joannes de Medicis,** protonot. apost. = b. Mariae in Domnica (de Medicis seu Medices); fit S. P. Leo X 1513;[4])
8) **Federicus de s. Severino,** protonot. apost. = s. Theodori diac. (s. Severini seu Sanseverinus), a Julio II priv., a Leone X restit., tunc s. Angeli diac.; † 1516 Aug. 7.[5])

IX. Alexander VI,

antea Rodericus de Lanzol-Borja (Lenzuelli- Borgia), ep. Portuen., „Vicecancellarius" nuncupatus, nepos Calixti III (v. supra IV, 3), electus (Romae in palatio Vaticano) die 11 et coronatus die 26 Aug. a. 1492, obiit 1503 Aug. 18.[6])

S. R. E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 31 Aug. 1492 habita* (*Ciac.-Old. III, 167*):

1) **Joannes Borja,** nepos, el. aep. Montisregalis[7]) = tit. s. Susannae (Montisregalis), † 1503 Aug. 1;

---

[1]) Fit ep. Tusculan. 1503 Apr. 10 et commend. tit. s. Steph. 1504 Jul. 1; † 1507 Sept. 10. Obtinuit in comm. mon. s. Melani Redonen. (Rennes) O. S. B. per ob. Petri card. de Fuxo vac. 29 Aug. 1490, quod resignavit 31 Aug. 1497; resignavit quoque 20 Dec. 1490 mon. de Lessato O. Clun. dioec. Riven. commendandum Hieronymo electo Montisregalis et 22 Jun. 1481 mon. Insulae s. Columbae, cujus abbas fit Robertus de Fontibus, ac 24 Sept. 1498 mon. de Sobrada et s. Justi O. Cist. dioec. Compostellan. unienda congregationi monachorum regul. observ. O. Cist. in regno Castellae, necnon 17 Apr. 1499 mon. b. Mariae de Gratia O. Praem. dioec. Aduren. et mon. b. Mariae de Luco O. S. B. dioec. Oloren. commendanda Amenevo de Lebreto protonot. apost. (postm. card.), et 29 Mart. 1503 mon. s. Andreae de Randupho O. S. B. dioec. Bracharen., cujus abbas fit Tristanus de Barios (AC Camer. I f. 11, 12, 16, 68, 73, 114). Cfr. lib. II s. v. Lectoren., Lamecen., Pampilonen., atque App. I ad lib. I nr. 535, 548, 577, 579, 580.

[2]) Resignavit 16 Aug. 1499 mon. s. Crucis O. S. B. dioec. Burdegalen. commendandum Carolo de Carreto electo aepo. Theban. et 24 Jan. 1500 obtinuit in comm. mon. ss. Corn. et Cypr. de Compendio O. S. B. dioec. Suessionen. vac. per resign. abb. (cfr. not. 5 pag. 20), quod quidem 29 Apr. 1500 resignavit commendandum Hugoni de Taldure protonot. apost. (L. c. f. 77, 81, 84). † 1500 Nov. 12; cfr. App. I nr. 635.

[3]) † 1492 Sept. 14; cfr. App. I nr. 543.

[4]) Die 14 Mart. 1487, adhuc puer, sed jam clericus Florentinus, mon. Cassinense O. S. B. vac. per ob. Joh. cardinalis de Aragonia, die 24 Sept. 1488 mon. de Cultubono O. Vallisumbr. dioec. Fesulan. vac. per ob. ultimi abbatis, 25 Maii 1489 mon. ss. Justi et Clem. Vulteran. (Volterra) O. Camald. in comm. obtinuit, 8 Jul. 1491 mon. Casaedei O. S. B. dioec. Claromonten. resignavit (Obl. 83 f. 108 et 116, AC Camer. I f. 4 et 16). Cfr. App. I nr. 539, 540, 545, 628.

[5]) Die 29 Oct. 1479, adhuc protonot. apost., mon. s. Laurentii Cremonen. vac. per ob. Jacobi card. Papien. in comm. obtinuerat, reservata annua pens. 500 fl. Joanni card. Novarien., die autem 6 Jul. 1499 mon. s. Victoris Mediolan. resignavit commendandum Andreae de Galarate, protonot. apost. (AC Camer. I f. 75). Cfr. App. I nr. 541, 566, 567, 580 614, 638; lib. II s. v. Malleacen. et Viennen.

[6]) Die Lunae 6 mensis Augusti a. 1492 post missam de Spiritu sancto celebratam per Julianum ep. Ostien. card. s. Petri ad vinc. in bas. princ. apost. de Urbe, in qua oravit Bernardinus Carvagial ep. Pacen. (hi 23) cardinales intraverunt conclave in majori capella palatii (apostolici) pro electione futuri pontificis, sc.: Vicecancellarius (IV, 3), Neapolitanus (IV, 4), s. Petri ad vinc. (VII, 2), s. Mariae in Porticu (VI, 9), s. Angeli (VI, 10), Ulixbonensis (VI, 11), Recanatensis (VII, 17), s. Clementis (VII, 23), Januensis (VII, 24), de Comite (VII, 29), Parmensis (VII, 32), Beneventanus (VIII, 1), Aleriensis (VIII, 2), s. Anastasiae (VIII, 3), Venetiarum (VIII, 6), Senensis (V, 5), s. Georgii (VII, 22), Sabellus (VII, 27), Columna (VII, 28), Ursinus (VII, 33), Ascanius (VII, 34), de Medicis (VIII, 7), s. Severini (VIII, 8). — NB. Absentes igitur erant: Segobricensis seu Ilerdensis (IV, 1), Seguntinus seu Toletanus (VII, 6), Burdegalensis (VIII, 4), magnus magister Rhodi (VIII, 5). — Die Sabbati 11 mensis Augusti 1492 de mane circa horam 11 Rodericus ep. Portuen. S. R. E. vicecancellarius assumptus fuit ad summum apicem apostolatus et vocatus Alexander VI; et associatus fuit de conclavi, quod factum est in capella palatii, usque ad altare s. Petri et reductus in palatium cum omnibus card., ut moris est. Die Dominica 26 Aug. 1492 Alexander papa VI post missam celebratam ad altare s. Petri servatis omnibus ceremoniis consuetis fuit coronatus in gradibus s. Petri et deinde associatus a 21 card. et aliis praelatis in pontificalibus, ut moris est, et cum consueta solemnitate ivit ad s. Joannem Lateranen. ibique accepit possessionem sui episcopatus Lateranen. et eadem die circa horam primam noctis associatus a card. per viam Transtiberim rediit in palatium s. Petri. Cfr. AC Miscell. III f. 1 et App. I nr. 551, 558, 559, 569, 580, 581, 590, 608, 611, 648, 649, 655, 660. — Jam supra p. 12 not. 3 diximus, per ejus assumptionem ad apicem apostolatus vacasse ecclesias Valentinen., Majoricen., Carthaginen., Agrien., necnon monasterium Vallis dignae O. Cist. dioec. Valentinen. Ecclesiam Valentinen. unacum mon. Vallisdignae Caesar de Borja, translatus ab eccl. Pampilonen., Majoricen. autem Joannes Bapt. card. de Sabellis, Carthaginen. Joannes Bapt. card. de Ursinis, Agrien. (unacum vicecancellariatu) card. Ascanius Sfortia in commendam seu administr. obtinuerunt, ecclesiam denique Pampilonen. per transl. Caesaris de Borja vac. Antoniottus card. s. Anastasiae.

[7]) Postmodum (ab a. 1494) simul ep. Ferrarien. et patr. Constantinop.; cfr. App. I nr. 552, 553, 556, 564, 568, 576, 580.

b) *in secunda promotione 20 Sept. 1493 habita:*[1])

2) **Joannes de la Grolaie,** ep. Lomberien. et abbas mon. s. Dionysii prope Paris. = tit. s. Sabinae (s. Dionysii); [2])
3) **Joannes (Antonius) de s. Georgio,** ep. Alexandrinus et auditor Rotae = tit. ss. Nerei et Ach. (Alexandrinus); [3])
4) **Bernardinus Carvajal,** ep. Carthaginen. = tit. ss. Marcellini et Petri, postm. s. Crucis, denique ep. Ostien. (Carthaginensis seu s. Crucis), a Julio II priv., a Leone X restit., † 1522 Dec. 16; [4])
5) **Caesar de Borja,** el. aep. Valentin. (filius S. P.) = diac. s. Mariae novae (s. Mariae novae seu Valentinus vel Borja), postm. resignato cardinalatu factus est miles, † 1507 Mart. 12; [5])
6) **Julianus de Caesarinus,** protonot. apost., dein ep. Asculanus = ss. Sergii et Bacchi diac. (de Caesarinis); [6])
7) **Dominicus de Grimanis,** protonot. apost., dein admin. Nicosien. et patr. Aquilegien. = s. Nicolai inter imag. diac., dein tit. s. Marci presb. (de Grimanis), † 1523 Aug. 27; [7])
8) **Alexander de Farnesio,** protonot. apost. = ss. Cosmae et Dam. diac. (de Farnesio), denique Paulus pp. III; [8])
9) **Bernardinus de Lunate,** protonot. apost. = s. Cyriaci in thermis diac. (de Lunate), † 1497 Aug.; [9])
10) **Raymundus Peraudi,** ep. Gurcen. = s. Mariae in Cosm. diac., dein s. Vitalis et s. Mariae novae presb. (Gurcensis), † 1505 Sept. 5; cfr. App. I nr. 554, 578, 610, 612, 623, 629, 631, 634;
11) **Joannes Morton,** aep. Cantuarien. = tit. s. Anastasiae (Cantuariensis), † 1500 Sept. 15; cfr. App. I nr. 635;
12) **F(r)edericus (Casimirus),** Poloniae regis filius, admin. Cracovien., dein aep. Gneznen. = s. Luciae in Septemsoliis diac. (de Polonia), † 1503 Mart. 19;

---

[1]) A. 1493 die Veneris 20 mensis Septembris Alex. VI in suo consistorio secreto apud s. Petrum in palatio apost. assumpsit ad ordinem cardinalatus infrascriptos dominos, videl.

Joannem (de la Grolaie), abbatem s. Dionysii, oratorem regis Francorum;
Joannem (de s. Georgio), ep. Alexandrin., ipsius S. P. referendarium et auditorem Rotae;
Bernardinum Carvagial, ep. Carthaginen., oratorem regis Hispaniae;
Caesarem (de Borja), aepum. Valentinen., ipsius S. P. nepotem (!);
Julianum de Caesarinis, apost. sedis protonot. et ipsius S. P. secretarium;
Dominicum de Grimanis Venetum, apost. sedis protonot. et ipsius S. P. secretarium;
Alexandrum de Farnesio, apost. sedis protonot. et ipsius S. P. thesaurarium;
Bernardinum de Lunate, apost. sedis protonot. et ipsius S. P. secretarium;
Raymundum Peraudi, ep. Gurcen. et adiac. Xanctonen., instante Rom. imperatore;
Joannem (Morton), aepum. Cantuarien., instante Angliae rege;
Federicum (de Polonia), admin. Cracovien. et Gnesnen. eccl., fratrem regis Poloniae;
Hippolytum (de Este), admin. eccl. Strigonien., ducis Ferrariae filium.

Anno praedicto die Lunae 23 dicti mensis Sept. idem S. P. in suo consistorio secreto assignavit titulos infrascriptos infrascriptis cardinalibus:

Joanni abb. s. Dionysii presb. card. tit. s. Sabinae;
Joanni epo. Alexandrin. presb. card. tit. ss. Nerei et Achillei;
Bernardino epo. Carthaginen. presb. card. tit. ss. Marcellini et Petri;
Caesari (el.) aepo. Valentin. diac. card. s. Mariae novae;
Juliano protonotario de Caesarinis diac. card. ss. Sergii et Bacchi;
Dominico de Grimanis protonotario Veneto diac. card. s. Nicolai inter imag.;
Alexandro de Farnesio protonot. diac. card. ss. Cosmae et Dam.;
Bernardino de Lunate protonot. diac. card. s. Cyriaci in thermis;
Federico fratri regis Poloniae presb. card. s. Luciae in Septezoliis;
Joanni aepo. Cantuarien. presb. card. (tit.) s. Anastasiae;
Raymundo epo. Gurcen. presb. card. tit. s. Mariae in Cosmedin;
Hippolyto admin. eccl. Strigonien. diac. card. s. Luciae in Silice. Cfr. AC Miscell. III f. 3.

[2]) † 1499 Aug. 6. Resignavit 27 Nov. 1495 mon. s. Martini Nivernen. O. S. A., reserv. annua pens. 300 libr. Turon., 27 Maii 1496 mon. de Luxolio dioec. Bisuntin., 16 Maii 1498 mon. Trenorchien. O. S. B. dioec. Cabilonen., reserv. annua pens. 1000 libr. Turon., 3 Aug. 1498 mon. de Curte al. Mansiorganessi O. S. B. dioec. Tolosan.; per ejus obitum vacabat mon. s. Dionysii Parisien. O. S. B., cujus abbas 30 Aug. 1499 fit Antonius abbas mon. s. Trinit. Fiscamen. O. S. B., quod mon. ei remanet in comm. unacum mon. ss. Corn. et Cypr. de Compendio O. S. B. dioec. Suessionen. (AC Camer. I f. 45, 47, 64, 67, 77). Cfr. App. I nr. 615 et lib. II s. v. Condomien et Vivarien.

[3]) † 1509 Mart. 14 al. 28; cfr. App. I nr. 580 et lib. II s. v. Parmen.

[4]) Cfr. App. I nr. 561, 573, 579, 580, 583, 584, 607; lib. II s. v. Seguntin. et Avellinen.

[5]) Die 8 Febr. 1493 obtinuit in comm. mon. de Abundantia O. S. B. dioec. Gebennen. et mon. s. Martini de Monte Panoniae dioec. Jaurien. ac mon. s. Victoris Mediolan. (AC Camer. I f. 31). Cfr. p. 21, not. 6; App. I nr. 563, 564, 569, 580, 590, 592, 594, 604, 624; lib. II s. v. Nanneten. (not. 4).

[6]) † 1510 Maii 1; cfr. App. I nr. 580.

[7]) Resignavit 21 Jul. 1503 mon. s. Firmi O. S. B. dioec. Veronen. commendandum Joanni de Julianis, protonot. apost. (AC Camer. I f. 116, cfr. App. I nr. 580, 599, 601, 619).

[8]) Cfr. App. I nr. 580, 654,; lib. II s. v. Cornetan.

[9]) Cfr. App. I nr. 566, 570, 574, 580, 585, 593; lib. II s. v. Aquinaten.

13) **Hippolytus de Este,** ducis Ferrariae filius, admin. eccl. Strigonien., dein Agrien., Capuan., Ferrarien., Mediolan.[1]) = s. Luciae in silice diac. (de Este seu Estensis vel Ferrariensis), † 1520 Sept. 3;

c) *in tertia promotione c. mensem Maii 1494 habita:* [2])

14) **(A)loysius de Aragonia,** frater naturalis Alfonsi regis Siciliae, protonotarius apost. (postm. admin. eccl. Adversan., Caputaquen., Polycastren. et Licien.) = s. Mariae in Cosmedin diac., publ. a. 1496 (de Aragonia); [3])

d) *in quarta promotione die 16 Jan. 1495 habita:* [4])

15) **Guilelmus Briçonnet,** ep. Maclovien., dein aep. Remen. = tit. s. Pudentianae (Macloviensis vel Remensis); [5])

e) *in quinta promotione die 21 Jan. 1495 habita:* [6])

16) **Philippus de Lucemburgo,** ep. Cenomanen. = tit. ss. Marcellini et Petri (de Lucemburgo), † 1519 Jun. 2;

f) *in sexta promotione die 19 Febr. 1496 habita:* [7])

17) **Joannes Lopez,** Hispanus, ep. Perusinus, postm. aep. Capuanus = tit. s. Mariae tr. Tib. (Perusinus vel Capuanus), † 1501 Aug. 5; [8]) cfr. App. I nr. 605, 640, 643; lib. II s. v. Oloren.;

18) **Bartholomaeus Martini** Hispanus, ep. Segobricensis et magister domus s. palatii = s. Agathae diac. (Segobricensis), † 1500 Mart. 25[9]); cfr. App. I nr. 607, 625; cfr. lib. II s. v. Balneoregien.;

19) **Joannes de Castro** Hispanus, ep. Agrigentinus[10]) = tit. s. Priscae (Agrigentinus), † 1506 Oct. 2;

20) **Joannes de Borja** (Borgia), nepos, el. Melfien., postm. aep. Capuan. ac Valentin. = s. Mariae in via lata diac. (s. Mariae in via lata vel de Borja), † 1500 Jan. 17; [11])

g) *in septima promotione 17 Sept. 1498 habita:* [12])

21) **Georgius de Amboise,** aep. Rothomagen. (olim Narbonen.) = tit. s. Sixti (Rothomagensis), † 1510 Maii 25; [13])

---

[1]) Die 12 Dec. 1485, adhuc puer, obtinuit in comm. mon. b. Mariae de Pomposia O. S. B. dioec. Ferrarien, vac. per ob. Joannis card. de Aragonia (Obl. 83, 99) et 2 Maii 1492 mon. s. Genesii de Brixello O. S. B. dioec. null., vac. per res. Guidonis de Thorellis commend., resignato tamen illo mon. de Pomposia. (AC Camer. I f. 22). Cfr. App. I nr. 598, 645, 652, 657.

[2]) Die . . mensis . . 1494 S. P. in suo consistorio secreto, ut moris est, assumpsit ad ordinem et dignitatem cardinalatus Loysum et die . . assignavit ei pileum et titulum videl. s. Mariae in Cosmedin, qui vulg. nuncupatur diac. de Aragonia (AC Miscell. III f. 5). Quam annotationem praecedit proxime illa de recessu cardinalis Senensis 31 Dec. 1494.

[3]) † 1519 Jan. 21; cfr. App. I nr. 555, 664.

[4]) Die 16 Jan. 1495 S. P. in suo consistorio secreto apud s. Petrum in palatio apost. instante rege Francorum assumpsit ad ordinem et dign. cardin. Guilelmum Maclovien. episcopum, et successive assignavit ei pileum et titulum scil. s. Potentianae presb. card. „Maclovien.“ AC Miscell. III f. 5.

[5]) † 1514 Dec. 14. Qui 20 Aug. 1501 mon. s. Germani de Pratis O. S. B. Parisien., quod ei jam 30 Maii 1496 reservatum erat, in comm. obtinuit. Cfr. AC Camer. I f. 49 et 98; App. I nr. 575; lib. II s. v. Nemausen.

[6]) Die Mercurii 21 Jan. 1495 S. P. in suo consistorio secreto, ut moris est, in palatio apost. instante Francorum rege (tunc Romae praesente) promovit et assumpsit ad ordinem et dignit. cardin. Philippum Cenomanen. episcopum, cui successive misit pileum et titulum, videl. ss. Petri et Marcellini, qui card. „Cenomanensis“ nuncupatur (AC Miscell. III f. 5). Cfr. App. I nr. 573.

[7]) A. 1496 die Veneris 29 (lege: 19) Febr. S. P. in suo consistorio secreto apud s. Petrum in palatio apost. assumpsit ad ordinem et dign. cardin. infrascriptos dominos, sc.

Joannem ep. Perusin.,
Bartholomaeum ep. Segobricen., suum magistrum domus,
Joannem ep. Agrigentin., arcis s. Angeli castellanum,
Joannem ep. Melfien., sedis apost. legatum.

Assignatio pileorum (24 Febr.) et titulorum. Aperitio oris (9 Mart.). AC Miscell. III f. 8. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 264—268.

[8]) Qui 1 Apr. 1500 commendam mon. s. Christophori Castri Durantii null. dioec. et 13 Nov. 1500 comm. mon. s. Petri Viennen. resignat (AC Camer. I f. 83 et 89).

[9]) Die 4 Maii 1500 mon. Ambroniaci dioec. Lugdunen. per illius card. ob. vacans Claudio ep. Maurianen. in comm. conceditur (l. c. f. 85).

[10]) Et arcis s. Angeli de Urbe praefectus.

[11]) Die 24 Jan. 1500 mon. s. Mariae de Paterniano vac. per illius card. ob. Caspari de Pau can. Ilerden. in comm. conceditur (l. c. f. 81). Cfr. App. I nr. 587, 590, 591, 596, 601, 604, 606, 608, 616, 618, 622.

[12]) „Creatio cardinalis Rothomagensis die 17 Sept. a. 1498.“ Cfr. AC Miscell. III f. 9 et Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 516.

[13]) Die 29 Oct. 1477 obtinuit in comm. mon. Grandissilvae O. S. B. dioec. Tolosan. vac. per res. Juliani card. s. Petri, quod quidem 3 Sept. 1492, quum et hic et ille ipsum sibi vindicabant, Ludovico de Narbona in comm. concessum est; Georgius autem card. Rothomag., qui litteris Blesis 4 Nov. 1498 datis s. collegio card. gratias egit de sua promotione et 21 Dec. 1498 capellum rubeum a domino Valentino (cfr. App. I nr. 604) in Franciam portatum obtinuit (cfr. AC Miscell. XLIV f. 7 et 27), die 11 Oct. 1503 mon. s. Ebrulfi dioec. Lexovien. et s. Petri de Latiniaco dioec. Parisien. in comm. obtinuit (Obl. 83, 50; AC Camer. I f. 26 et 120).

h) *in octava promotione 28 Sept. 1500 habita:* [1])

22) **Didacus Hurtadus de Mendoza,** archiep. Hispalen. = tit. s. Sabinae (card. Hispaniae), † 1502 Oct. 24;

23) **Amanevus de Albreto** (Lebreto), protonot. apost. (postm. admin. Oloren., Condomien., Convenarum) = tit. s. Nicolai in Carcere Tull. diac., † 1520 Dec. 20; cfr. not. ad VIII, 3 et App. I nr. 648, 649, 651;

24) (**Petrus**) **Ludovicus de Borja,** frater Joannis card. de Borgia (cfr. supra n. 20), eques Hierosolym. et el. Valentin. = s. Mariae in via lata diac., dein tit. s. Marcelli presb., Poenitentiarius major, † 1511 Oct. 4 vel 5; [2])

25) **Jacobus Serra,** aep. Arboren. = tit. s. Vitalis, dein s. Clementis et ep. Albanen. (Arborensis), † 1517 Mart. 5; [3])

26) **Petrus Isvalies,** aep. Reginen. = tit. s. Cyriaci, deinde s. Pudentianae (Reginensis), † 1511 Sept. 22; [4])

27) **Franciscus de Borja,** aep. Cusentin. — tit. s. Caeciliae, dein ss. Nerei et Ach. (Cusentinus), † 1511 Nov. 4; [5])

28) **Joannes Vera,** aep. Salernitan. = tit. s. Balbinae (Salernitanus), † 1507 Maii 4; cfr. App. I nr. 631, 644;

29) **Ludovicus Podocatharus** nat. Cyprius, ep. Caputaquen. = tit. s. Agathae (Caputaquensis), † 1504 Aug. 25:; [6])

30) (**Joannes**) **Antonius Trivultius,** ep. Cuman. = tit. s. Anastasiae[7]) (Cumanus), † 1508 Mart. 16; cfr. App. I nr. 664;

31) **Joannes Baptista Ferrarius,** ep. Mutinen., dein aep. Capuan., S. P. datarius, = tit. s. Chrysogoni (Mutinensis vel Capuanus), † 1502 Jul. 20,[8]) cfr. App. I nr. 652;

32) **Thomas Bakocz,** regis Hung. cancellarius, aep. Strigonien. = tit. s. Martini in montibus (Strigoniensis); [9])

33) **Marcus Cornarius,** protonot. apost. = s. Mariae in Porticu, dein s. Mariae in via lata diac., tit. s. Marci presb., ep. Albanen., Praenestin. (Cornarius), † 1524 Jul. 24; [10]) cfr. not. ad VI, 9;

34) **Joannes Stephanus de Ferreriis,** ep. Vercellen., dein Bononien., reserv. in pectore, publ. 1502 Jun. 28, assignato ei titulo s. Vitalis, † 1510 Oct. 5; [11])

i) *in nona promotione die 31 Maii 1503 habita:* [12])

35) **Joannes Castelar,** aep. Tranen., dein simul admin. eccl. Montisregalis = tit. s. Mariae tr. Tib. (Tranensis seu Montisregalis), † 1505 Jan. 1;

---

[1]) A. 1500 die 28 mensis Sept. S. P. Romae apud s. Petrum in suo consistorio secreto, ut moris est, de consilio dominorum cardinalium Ol. Sabinen., Jo. Portuen., Hier. Praenestin. episc., Do. tit. s. Clementis, Lau. tit. s. Caeciliae, An. tit. s. Praxedis, Jo. tit. s. Susannae. Jo. An. tit. ss. Nerei et Achillei, B. tit. ss. IV Coron., Jo. tit. s. Priscae, Jo. tit. s. Mariae tr. Tib. presbyterorum, Jo. s. Mariae in Domnica, Al. ss. Cosmae et Dam. diac. card. assumpsit ad cardin. ordinem et dignitatem infrascriptos dominos, videl. Didacum aep. Hispalen. (abs.), presb., Americum (!) de Labicto (!) protonot. apost. (abs.) et Ludovicum Borgiam (abs.), diac.; Jacobum aep. Arboren., Petrum aep. Reginen., Franciscum Borgiam aep. Cusentin., Joannem Veram aep. Salernitan., Ludovicum ep. Caputaquen., Antonium ep. Cuman. (abs.), Joannem Bapt. ep. Mutinen., Thomam aep. Strigonien. (abs.), presb., Marcum Cornarium, protonot. apost. (abs.), diac. Die 2 mensis Oct. 1500 publicatio retroscriptorum 12 card. et assignatio capellorum (AC Misc. III f. 9 et 10). (Die 5 ejusdem mensis Oct. 1500) assignatio titulorum eisdem card. Cfr. AC Miscell. III f. 10 retro et Burch. Diar. l. c. p. 76—82. NB. Sunt, qui scribunt, cardinales supra n. 22—24 recensitos jam 16 vel 20 Martii 1500 promotos esse. Revera e Burch. Diar. l. c. p. 70 apparet, illos jam dudum creatos fuisse. Cfr. infra not. 11.

[2]) Cfr. App. I nr. 641.

[3]) Cfr. l. c. nr. 634, 638, 649, 655; lib. II. s. v. Lincopen.

[4]) Cfr. l. c. nr. 631, 634; lib. II s. v. Vesprimen.

[5]) Cfr. l. c. nr. 642, 659.

[6]) Die 5 Oct. 1502 obtinuit in comm. mon. s. Galli de Modio dioec. Aquileg. vac. per ob. Sebastiani aep. Nicosien. (AC Camer. I f. 111). Cfr. lib. II s. v. Beneventan.

[7]) Dein tit. s. Stephani in C. M.

[8]) Per ejus ob. vacabat mon. s. Petri de Ripalta dioec. Taurinen., quod ipso obitus die in comm. obtinuit Philippus de Sabaudia, frater ducis de Sab. (AC Camer. I f. 110).

[9]) † 1521 Jun. 11.

[10]) Die 14 Jun. 1501 obtinuit in comm. mon. s. Zenonis O. S. B. dioec. Veronen. vac. per ob. Joannis Bapt. card. s. Mariae in Portuen. (AC Camer. I f. 95).

[11]) Feria III die 28 Jun. 1502 S. P., antequam exiret in publicum, vocavit ad se cardinales et publicavit Joannem Stephanum Ferrerium ep. Bononien., quem die 28 Sept. (1500) cum aliis 12 creavit cardinalem et dedit ei titulum s. Vitalis. Cfr. Burch. Diar. l. c. III, 210. Qui Joannes Steph. 19 Aug. 1489, quum esset proton. apost., mon. s. Stephani Iporegien. O. S. B. vac. per res. Laurentii card. Benevent., et 5 Nov. 1492 mon. s. Stephani O. S. B. dioec. Vercellen. vac. per res. ejusdem card. in comm. obtinuit. (AC Camer. I f. 6 et 28). Cfr. supra p. 20 not. 5.

[12]) A. 1503 die Mercurii ultimo Maii S. P. Romae apud s. Petrum in suo consistorio secreto, ut moris est, de consilio cardinalium Ol. epi. Sabinen., Georg. epi. Portuen., Hier. epi. Praenestin., Laur. epi. Albanen., Anton. epi. Tusculan., Jo. tit. s. Susannae, Jo. Ant. tit. ss. Nerei et Ach., Bern. tit. s. Crucis, Jo. tit. s. Priscae, Do. tit. s. Nicolai inter imagines, Jacobi tit. s. Clementis, Francisci tit. s. Caeciliae, Jo. tit. s. Balbinae, Lud. tit. s. Agathae, Stephani tit. s. Vitalis presbyterorum, Francisci s. Eustachii, Jo. s. Mariae in Domnica, Federici s. Theodori, Juliani ss. Sergii et Bacchi, Alexandri ss. Cosmae et Dam., Ludovici s. Mariae in via lata, Amenei s. Nicolai in carc. Tull. diac. card. assumpsit ad cardinalatus ordinem et dign. infrascriptos dominos, videl. Joannem aep. Tranen., Franciscum aep. Surrentin., Franciscum ep. Volaterran., Melchiorem ep. Brixinen.,

36) **Franciscus Remolinus,** aep. Surrentin. = tit. ss. Joh. et Pauli, dein s. Marcelli presb., demum ep. Albanen. (Surrentinus), † 1518 Febr. 5; cfr. lib. II s. v. Perusin.;

37) **Franciscus Soderinus,** ep. Vulteran. seu Volateran. = tit. s. Susannae, dein bas. XII Apost. presb., demum ep. Albanen., Sabinen., Praenestin. (Voleaterranus), † 1524 Maii 17;

38) **Melchior (Copis) de Meckau,** ep. Brixinen. = tit. s. Nicolai inter imagines (Brixinensis), † 1509 Maii 2;

39) **Nicolaus de Flisco,** ep. (el.) Forojulien. = s. Luciae in Sept. diac., dein tit. s. Priscae presb., denique ep. Albanen., Portuen., Ostien. (de Flisco), † 1524 Jun. 14;

40) **Franciscus de Sprata** (Sprats), ep. Legionen. = tit. ss. Quirini et Bacchi[1]) (Legionensis), † 1504 Sept. 9;

41) **Adrianus Castellensis,** Italus, ep. Hereforden., dein Bathonien. = tit. s. Chrysogoni (Herefordensis seu Bathoniensis), † inter m. Dec. 1521 et Jan. 1522 (occiditur, dum Venetiis Urbem petit);

42) **Jacobus de Casanova,** camerarius S. P. = tit. s. Stephani in C. M. (Casanova), † 1504 Jun. 4;

43) **Franciscus de Loris,** ep. (el.) Elnen., dein Valentin. et Dien., aep. Tranen. ac patr. Constantinop. = s. Mariae novae diac. (Elnensis), † 1506 Jul. 22.

X. Pius III,

antea Franciscus Todeschini-Piccolomini, s. Eustachii diac. card. „Senensis“ (v. supra V, 5), electus Romae (in palatio apost.) die 22 Sept., consecr. 1. Oct., coron. 8 Oct. 1503, obiit 1503 Oct. 18.[2])

Nicolaum ep. Forojulien., Franciscum ep. Legionen., Adrianum ep. Hereforden., Jacobum Casanova camerarium suum, Franciscum ep. Elnen. — Publicatio illorum 9 card. die Veneris 2 Jun. 1503, assignatio titulorum 12 Junii. AC Miscell. III, 13. — NB. Sunt qui scribunt, praeter illos cardinales ab Alex. VI etiam quendam Joannem, oratorem a duce Saxoniae ad S. P. missum, et Petrum Ciera Venetum, protonot. apost., ad dign. cardin. assumptos esse.

[1]) Sic scriptum est in AC Miscell. III f. 14 (cfr. annot. proxime sequ.), sed legendum esse videtur: „ss. Sergii et Bacchi“, elevata tunc hac eccl. alias diaconali in tit. presbyt.

[2]) Die Sabb. 16 Sept. 1503 post missam de Spiritu sancto celebratam per Bernardinum presb. card. tit. s. Crucis in basil. s. Petri princ. apost. de Urbe, in qua oravit Alexius ep. Gallipolitan., infrascripti 37 cardinales intraverunt conclave in majori capella palatii apost. ad electionem futuri pontificis, videl.: Oliverius ep. Sabinen. (VI, 3), Julianus ep. Ostien. (VII, 2), Georgius ep. Portuen. (VI, 11), Hieronymus ep. Praenestin. (VII, 17), Laurentius ep. Tusculan. (VIII, 1), Antoniottus tit. s. Praxedis (VIII, 3), Joannes tit. ss. Nerei et Ach. (IX, 3), Bernardinus tit. s. Crucis (IX, 4), Joannes tit. s. Priscae (IX, 19), Dominicus tit. s. Nicolai inter imag. (IX, 7), Jacobus tit. s. Clementis (IX, 25), Franciscus tit. s. Caeciliae (IX, 27), Joannes tit. s. Balbinae (IX, 28), Ludovicus tit. s. Agathae (IX, 29), Antonius tit. s. Anastasiae (IX, 30), Georgius tit. s. Sixti (IX, 21), Stephanus tit. s. Vitalis „Bononiensis“ (IX, 34), Joannes tit. s. Mariae in Tib. „Montisregalis“ (IX, 35), Franciscus tit. ss. Joh. et Pauli (IX, 36), Nicolaus s. Luciae in Sept. (IX, 39), Franciscus tit. ss. Quirini et Bacchi! (IX, 40), Adrianus tit. s. Chrysogoni (IX, 41), Jacobus tit. s. Steph. in C. M. (IX, 42), presbyteri, Raphael s. Georgii ad vel. aur. (VII, 22), Franciscus s. Eustachii card. Senensis (V, 5), Joannes s. Mariae in Aqu. card. Columna (VII, 28), Ascanius s. Viti in Macello vicecancellarius (VII, 34), Joannes s. Mariae in Domn. card. Medices (VIII, 7), Federicus s. Theodori card. Sanseverinus (VIII, 8), Julianus ss. Sergii et Bacchi (IX, 6), Alexander ss. Cosmae et Dam. card. Farnesius (IX, 8), Ludovicus s. Mariae in via lata card. Borgia (IX, 24), Marcus s. Calixti card. Cornarius (IX, 33), Aloysius s. Mariae in Cosm. card. de Aragonia (IX, 14), Ameneus s. Nic. in carc. Tull. card. Lebretus (IX, 23), Franciscus s. Sabinae card. Elnen. seu Constantinop. (IX, 41), diaconi, Franciscus tit. s. Susannae presb. card. Volateranus (IX, 37). — NB. Absentes igitur erant: Ludovicus Joannis tit. ss. IV Coron. (IV, 1), Raymundus card. Gurcensis (IX, 10), Guilelmus tit. s. Pudentianae (IX, 15), Philippus tit. ss. Marcellini et Petri (IX, 16), Thomas tit. s. Martini (IX, 31), Petrus tit. s. Cyriaci (IX, 26), Melchior (postmodum) tit. s. Nic. inter imag. (IX, 38), Hippolytus card. Ferrariensis seu Estensis (IX, 13). Praeter hos etiam Franciscum tit. s. Marcelli seu potius ss. Joh. et Pauli (cfr. IX, 36) abfuisse aliqui minus recte scribunt. — Die 22 Sept. 1503, quae fuit dies Veneris, de mane hora circ. 13 Franciscus s. Eustachii card. Senensis assumptus est ad summum apicem apostolatus et vocatus Pius III, qui e conclavi suprascripto associatus fuit ad altare s. Petri et ab eo in palatium (apost.) a praefatis card., ut moris est. Pius III die 30 Sept. in presbyt. ordinatus et 1 Oct. in episc. consecratus est per card. s. Petri; die autem Dominica 8 Oct. 1503 post missam celebratam ad altare s. Petri, servatis omnibus ceremoniis consuetis, fuit coronatus in gradibus s. Petri, et deinde associatus a dnis. card. numero 36 et aliis praelatis in pontificalibus, ut moris est, et rediit in palatium apostolicum (itinere ad eccl. Lateran. ob infirmitatem suspenso). AC Miscell. III f. 14. — NB. Ab ipso Pio III cardinales non sunt creati. Cfr. App. I nr. 665.

Appendix I.

Annotationes ad partis primae numeros II—X (a. 1440—1503).

1440.

Jan. 22 Franciscus card. „Venetiarum“ et die 26 Jan. Gerardus card. „Cumanus“ recesserunt legati de Curia, ille ad terram Venetorum, hic ad dominium Mediolan.; et habuerunt absentiam: card. Venet. usque ad reditum et card. Cumanus usque ad duos menses a suo recessu computandos; et sic erant participantes 13 cardinales, videl. Bononiensis, Placentinus, s. Crucis, Venetiarum, s. Marci, s. Sabinae, Capuanus, Cumanus, Portugalensis, Morinensis, Andegavensis, Columpna, Firmanus. NB. Ille card. Venetiarum 27 Mart. 1437 ecclesiae Bisuntin. per ob. Joannis tit. s. Laur. in Luc. presb. card. vac. simul in archiepum. (revocata commenda eccl. Ambian. sibi prius facta) praefectus et 20 Oct. 1438 ad eccl. Veronen. translatus erat. Cfr. Arm. XXXI, 52 f. 15 et Obl. t. 66 f. 33 et 50. 1

Jan. 29 Branda ep. Portuen. transfertur ad eccl. Sabinen. vac. per ob. Jordani card. de Urs. Obl. t. 66 f. 50. 2

Febr. 25 Albertus card. „Camerinensis“ intravit Florentiam, ubi tunc Curia residebat, et propter hoc fuit augmentatus numerus dominorum (card.). Cfr. Arm. XXXI, 52 f. 15. 3

Mart. 10 F. card. Venet. rediens a sua legatione applicuit (ad Florentiam) circa horam 22. Obl. t. 66 f. 50. 4

Mart. 26 card. „Tarentinus“ tit. ss. Nerei et Ach. rediens de partibus Alamanniae intravit civ. Florentinam, in qua Eugenius papa cum sacro concilio et sua curia residebat. Arm. XXXI, 52 f. 15 et Obl. t. 66 f. 51. 5

Apr. 2 cardinalis „Florentinus“ tit. s. Laur. in Luc. diem suum clausit extremum Romae, cujus animam possideat paradisus. L. c. 6

Apr. 11 Eug. IV declaravit, Ludovicum olim tit. s. Caeciliae presb. card., Arelatensem nuncupatum, ob notoriam adhaerentiam scismaticae et haereticae congregationi Basileen. et conspirationem cum ea factam adversus ipsum S. P. et s. apost. sedem incurrisse ipso facto poenas excomm. et privat. cardinalatus ac commendae eccl. Arelaten. et omnium aliarum commendarum necnon alias poenas in decreto translationis concilii ad Ferrariam et in illo, quod incipit „Moyses“, in sacro Ferrariensi et Florentino concilio editis contentas, ipsumque Ludovicum tamquam talem ab omnibus teneri debere. Obl. 66, 51. 7

Apr. 12 Georgius tit. s. Anastasiae card. „de Flisco“ vulg. nuncup. intravit civ. Florentinam, in qua dominus noster cum s. concilio et sua curia residebat. Arm. XXXI, 52, f. 15. 8

Apr. 18 S. P. revocavit in consistorio secreto commendam eccl. Conseranen. cardinali Andegaven. factam, ipso praesente et consentiente, reservata eidem annua pensione 250 fl. auri, et commendavit illi ecclesiam Mirapiscen. per transl. ipsius epi. ad eccl. Conseranen. vac. Eodem die resignavit Julianus tit. s. Sabinae presb. card. (olim diac. s. Angeli et postm. ep. Tusculan.) monasterium s. Blasii de Urbe olim sibi commendatum, nunc autem capitulo s. Petri de Urbe incorporatum. Obl. 66, 51. 9

Apr. 20 eidem cardinali „de Flisco“ apertum est os, et ex illa die participat de promotionibus. Arm. XXXI, 52 f. 15. 10

Dicta die sacrum collegium ordinavit, quod cardinales Cumanus et s. Sixti debent participare de communibus et minutis servitiis a die 20 Apr. in antea. L. c. 11

Maii 20 S. P. instituit Joannem card. Tarentinum legatum de latere in . . . . in consistorio de consensu dominorum card. Obl. 66, 52. 12

Junii 2 card. „Terraconensis“ intravit civitatem Florentinam, in qua Eugenius papa IV cum sua curia et sacro concilio residebat. L. c. 13

Junii 10 S. P. instituit cardinalem s. Eustachii legatum ad regnum Siciliae pro pace tractanda inter reges Renatum (Siciliae) et (Alfonsum) Aragonum. L. c. Cfr. supra nr. 12 et infra nr. 23. 14

Junii 23 dominus noster aperuit os cardinali Terraconensi, et incepit participare de commun. et min. serv. Arm. XXXI, 52 f. 15. 15

Julii 4 Eug. IV aperuit os (Petro) cardinali s. Mariae novae, et non participat de promotionibus illa die factis. L. c. f. 16. 16

Julii 12 Ludovicus tit. s. Laur. in Dam., card. „Aquilegensis“ vulg. nuncup., intravit civ. Florentinam, ubi etc. L. c. 17

Julii 20 aperuit dominus noster os praedicto cardinali s. Laur. in Dam., et non participat de promotionibus illa de factis. L. c. 18

Julii 30 praefatus card. s. Laur. in Dam. recessit de civ. Florentina legatus. L. c. 19

Oct. 13 cardinalis de Columpna recessit de civ. Florentina et habuit absentiam duorum mensium a die sui recessus computandorum. L. c. 20

Nov. 23 Ludovicus tit. s. Laur. in Dam. presb. card. „Aquilegensis“ nuncupatus intravit civ. Florentinam, in qua dominus noster residebat. L. c. 21

Nov. 24 Johannes tit. s. Sixti presb. card. intravit civ. Florentinam. L. c. 22

Dec. 7 Johannes tit. ss. Nerei et Ach. presb. card. „Tarentinus“ vulg. nuncup. recessit de civ. Florentina legatus ad reges Regnatum (Siciliae) et (Alfonsum) Aragonum pro pace inter eos tractanda, et non participat. L. c. 23

Dec. 10 Ludovicus tit. s. Laur. in Dam. presb. card. „Aquilegensis“ nuncup. recessit de Florentia. L. c. 24

Dec. 10 Eadem die Bissarion tit. basil. XII apost. card. „Nicaenus" vulg. nuncup. intravit civ. Florentinam associatus a dominis cardinalibus. Arm. XXXI, 52 f. 16. 25

1441.

Maii 17 S. P. commendavit cardinali de Estoutevilla ecclesiam Nemausen. tenendam unacum aliis titulis et commendis, revocata autem commenda ecclesiae Mirapiscen. alias (v. supra nr. 9) sibi concessa. Obl. 66, 56. 26

Julii 6 Gerardus tit. s. Mariae in Transtiberim card. „Cumanus" vulg. nuncup. recessit de curia Romana existente in Florentia legatus in dominio ducis Mediolan., et participat hinc ad duos menses. Deinde fuit ordinatum per dominos de collegio, quod deberet participare usque ad regressum. Arm. XXXI, 52, f. 16. 27

Dec. 23 Johannes tit. ss. Nerei el Ach. presb. card. „Tarentinus" vulg. nuncup. intravit civ. Florentinam et participare reincepit. L. c. 28

1442.

Mart. 6 Die Mercurii sacrum collegium ordinavit, quod J. tit. s. Sabinae presb. card., legatus de latere ad regna Boemiae, Ungariae et Poloniae, debeat participare de communibus et minutis servitiis a die sui recessus usque ad suum regressum ad curiam Romanam, ubi illam tunc esse contigerit: et recessit de curia Romana die 14 Martii. L. c. 29

Aug. 24 die Ven. venerunt nova ad curiam Romanam: b. m. Hugo cardinalis de Cypro diem suum clausit extremum (Gebennis), cujus animam possideat paradisus. L. c. NB. Cui 2 Maii 1438, quum ecclesiis Nimocien. et Paphen. novi episcopi praeficerentur, super fructibus utriusque eccl. annua pensio 150 fl. auri reservata est. 30

Sept. 16 Ludovicus tit. s. Laur. in Dam. presb. card. „Aquilegensis" legatus (de latere in provinciis marchiae Ancon., almae Urbis, Campaniae, Maritimae, ducatus Spoletani, Romandiolae, in archiepiscopatu Ravennaten. et civ. Bononien. ac terris Arnulforum tertia die ante in consistorio secreto institutus) ad marchiam Anconitanam (iturus) recessit de Florentia, in qua (civitate) dominus noster residebat. L. c. et Obl. 66, 60. 31

Oct. 18 cardinalis „Placentinus" recessit de Florentia, gressus suos dirigens versus Lombardiam, et habuit absentiam a die sui recessus usque ad duos menses. Die autem 12 Dec. 1442 cardinalis „Capuanus", sacri collegii camerarius, retulit mihi Jacobo Radulphi ejusdem collegii clerico, quod cardinales prorogaverunt absentiam praefato cardinali „Placentino" usque ad mensem a fine dictorum duorum mensium. Quae absentia die 16 Jan. 1443 fuit prorogata ad unum mensem a fine trium mensium jam concessorum. Arm. l. c. 32

Oct. 24 (?) in curia erant praesentes hi S. R. E. cardinales: Bononiensis, Terraconensis, Venetiarum, s. Marci, s. Sabinae, Tarentinus, Capuanus, de Flisco, Russiensis (Ruthenus), Nicaenus, Cumanus, Portugalensis, Morinensis, de Estoutevilla, s. Sixti, Aquilegensis, Columpna, Firmanus, s. Eustachii, s. Mariae novae. — Die 26 Febr. 1435 praesentes fuerant: de Ursinis, Bononiensis, Placentinus, Rothomagensis, Arelatensis, s. Crucis, s. Petri, de Cypro, s. Marcelli, s. Sixti, s. Marci, de Comitibus, de Columpna, Venetiarum, Senensis. 33

Oct. 25 card. „Aquilegensis" recessit de Florentia legatus ad marchiam (Ancon.). L. c. 34

Oct. 25 per cardinales Florentiae in palatio collegialiter congregatos mihi Jacobo Radulphi clerico collegii vivae vocis oraculo facto ordinatum est, quod card. „Cumanus" a die 9 Augusti proxime praeteriti, quo ultima facta fuit divisio (servit. commun. et minut.), de absentia sua sibi ultimate concessa ulterius non debeat participare. L. c. 35

1443.

Jan. 1 card. „Capuanus", sacri collegii camerarius, retulit mihi Jacobo Radulphi eiusdem collegii clerico, quod card. „Bononiensis" debet participare et habere absentiam per totum mensem Maii proxime vent. L. c. f. 17. 36

Febr. 3 Branda ep. Sabinen. card. „Placentinus", in Lombardia existens, diem suum clausit exstremum, cuius anima requiescat in pace. L. c. 37

Febr. 6 S. P. Georgio tit. s. Anastasiae presb. card. commendavit ecclesiam Sagonen. tenendam una cum titulo et quibusvis aliis beneficiis, quae nunc obtinet. NB. Qua ecclesia 21 Maii 1445 resignata 13 Febr. 1447 ecclesiam Naulen. obtinet in commendam. Obl. 66, 62. 38

Martii 7 Eugenius IV recessit de Florentia, associatus a 15 cardinalibus, gressus suos dirigens versus Senas. Arm. XXXI, 52, f. 17. 39

Mart. 10 praefatus dominus intravit civ. Senarum unacum dictis cardinalibus, cum maximo honore deductus per dominium Senense ad palatium episcopale. L. c. 40

Mart. 28 card. „Aquilegensis" intravit civ. Senarum, in qua dominus noster residebat. L. c. 41

Apr. 4 Dominicus diac. s. Mariae in via lata diac. card. „Firmanus" nuncup. recessit de civ. Senarum, gressus suos dirigens versus Urbem, et habuit absentiam. L. c. 42

Apr. 11 card. „Cumanus" intravit civ. Senarum, rediens de Lombardia, ubi fuit legatus, et incepit participare. L. c. 43

Maii 8 card. „Firmanus" intravit civ. Senarum, rediens de Urbe. L. c. 44

Maii 9 Nicolaus tit. s. Crucis in Jerus. presb. card. Senis in conventu Augustiniensium diem suum clausit extremum, cuius animam possideat paradisus. L. c. 45

Maii 12 card. „Aquilegensis" recessit de civ. Senarum, gressus suos dirigens versus Urbem. L. c. 49

Maii 28 card. „de Columpna", rediens de partibus vel de castris suis versus Romam, intravit civ. Senarum. L. c. 47

Maii 31 card. „Capuanus", sacri collegii camerarius, retulit mihi Jacobo Radulphi eiusdem coll. clerico, quod card. „Venetiarum", quamdiu fuerit in legatione sua, debeat participare de commun. et min. serv. L. c. 48

Junii 10 praefatus card. „Venetiarum", S. R. E. vicecancellarius, recessit de civ. Senarum legatus ad marchiam (Ancon.), et participat, ut supra dictum est. L. c. 49

Junii 23 cardinales collegialiter congregati ordinaverunt, quod card. „de Flisco", qui nondum Senas venerat, quamdiu Florentiae stetit, debeat participare de commun. et min. serv. L. c. 50

Junii 29 card. „s. Eustachii" recessit de Senis, gressus suos dirigens versus Florentiam, et participat. L. c. 51

Julii 11 Isidorus tit. ss. Marcellini et Petri presb. card. „Ruthenus" vulg. nuncup. intravit civ. Senarum sine capello rubeo, associatus a 13 cardinalibus usque ad palatium domini nostri papae, a quo ibidem receptus est ad

osculum pacis in consistorio generali et datus ei capellus; et associatus per dictos card., deferens capellum rubeum, ivit ad domum habitationis suae. Arm. XXI, 52 f. 17. 52

Julii 15 dominus noster aperuit os cardinali Rutheno et voluit, quod amodo deberet participare de commun. et min. serv. L. c. 53

Aug. 8 card. „de Flisco" intravit Senas, ubi Curia tunc residebat. L. c. 54

Aug. 28 card. „Ruthenus" recessit de Senis, gressus suos dirigens versus partes Graeciae et Russiae. L. c. 55

Aug. 30 card. „Aquilegiensis" intravit Senas, rediens de partibus Romae. L. c. 56

Sept. 10 card. „Firmanus" recessit de Senis legatus ad marchiam Ancon. et non participat. L. c. 57

Sept. 1 fuit ordinatum per dominos de collegio, quod ab ipsa die 1 Sept. card. „Bononiensis" amplius non debeat participare de comm. et min. serv. L. c. 58

Sept. 14 Eugenius IV hora 13 recessit de civ. Senarum, associatus a S. R. E. cardinalibus, gressus suos dirigens ab Urbem, angelo pacis comitante. L. c. 59

Sept. 19 dominus noster intravit Urbem per portam s. Mariae de populo. L. c. 60

Nov. 23 card. „Aquilegensis", domini nostri camerarius, recessit de Urbe, gressus suos dirigens versus Viterbium. L. c. 61

Dec. 13 rediit praefatus card. „Aquilegensis" veniens de Aquapendente. L. c. 62

Dec. 16 card. „Tarentinus", sacri collegii camerarius, retulit nobis Jacobo Radulphi et Christiano de Milis eiusdem collegii clericis, quod domini cardinales ordinaverunt, quod card. „Firmanus", apostolicae sedis legatus, debeat participare usque ad festum resurrectionis Domini a die nativitatis ejusdem. L. c. f. 18. 63

1444.

Jan. 27 card. „Aquilegensis" recessit de Urbe legatus, gressus suos dirigens versus Senas. L. c. 64

Jan. 31 card. „Cumanus" recessit de Urbe, gressus suos dirigens usque partes Florentiae. L. c. 65

Mart. 7 Dominicus tit. s. Joh. et Pauli presb. in epum. Portuen., Julianus tit. s. Sabinae presb. in epum. Tusculan., Joannes tit. ss. Nerei et Achillei presb. in epum. Praenestin. (commendata ei simul ecclesia Tarentin.) promoti sunt. Obl. 72, 2. 66

Apr. 20 fuit continuata absentia cardinali „Firmano" a die resurr. Dni. usque ad 6 menses. Arm. XXXI, 52 f. 18. 67

Julii 12 Alfonsus archiep. Valentinen. in Aragonia intravit Urbem ac venit ad s. Petrum ibique receptus fuit per dominum nostrum in cardinalem ss. IV Coronatorum (promotus 2 Maii 1444). L. c. NB. Ipsi eodem die, quo in S. R. E. card. promotus est, facultas retinendi archiepiscopatum Valentinen. concessa erat. 68

Mart. 16 card. „Cumanus" intravit Urbem veniens de partibus Florentinis. L. c. 69

Julii 7 Joannes ep. Praenestin. card. „Tarentinus" recessit de Urbe causa recreationis captandae. L. c. 70

Julii 11 card. „Cumanus" recessit de Urbe causa recreationis captandae et participat. L. c. 71

Julii 14 card. „Aquilegensis", domini nostri camerarius, recessit de Urbe, gressus suos dirigens versus regem Aragonum. L. c. 72

Julii 26 card. „Aquilegensis" intravit Urbem, rediens de dicto rege Aragonum. L. c. 73

Sept. 2 card. „Aquilegensis" recessit de Urbe, gressus suos dirigens versus Perusium. L. c. 74

Sept. 12 Romae Angelottus tit. s. Marci presb. card. diem suum clausit extremum, cujus anima requiescat in pace. L. c. 75

Oct. 4 Joannes ep. Praenestin. (card. „Tarentinus"), s. collegii camerarius, restituit sigillum dicti collegii praesentibus cardinalibus in consistorio existentibus: quod quidem sigillum tenuit penes se dominus noster, ex eo quod card. „de Albertis", qui illa die fuit creatus camerarius eiusdem collegii pro anno, absens erat. Cui die 15 dicti mensis fuit assignatum sigillum praedictum. L. c. 76

Nov. 17 card. „Firmanus" legatus in marchia Ancon. intravit Urbem, rediens de legatione, associatus a dominis cardinalibus usque ad palatium domini nostri, ubi receptus fuit in consistorio generali per dominum nostrum. L. c. 77

Dec. 9 card. „s. Eustachii" (sive „de Albertis") retulit mihi Jacobo Radulphi eiusdem collegii clerico, quod card. „Firmanus" debet participare de commun. et min. serv. usque ad unum annum a die sui recessus computandum. L.c. 78

Dec. 11. card. „Firmanus" recessit de Urbe legatus ad civ. Perusinam. 79

1445.

Apr. 25 card. „Terraconensis" Romae diem suum clausit extremum, cujus animam possideat paradisus. L. c. 80

Junii 10 card. „Portugalensis" recessit de Urbe et obtinuit absentiam a die sui recessus usque per totum Septembrem proxime venturum. L. c. 81

Julii 26 domini cardinales ordinaverunt et declaraverunt, quod card. „s. Angeli" non debeat participare a die 11 nov. proxime praeteriti (quo mortuus est) et quod dividantur praesentiae eum contingentes de divisione facta die prima maii. L. c. 82

Julii 26 fuit celebrata missa pro card. „s. Angeli"; de ejus obitu venerunt novae die 25 Julii. Anima ejus requiescat in pace. L. c. 83

Aug. 11 card. „de Albertis" (camerarius s. collegii) in Grotta ferrata Tusculan. dioec. diem suum clausit extremum, cujus anima requiescat in pace. L. c. 84

Aug. 13 fuit creatus in camerarium s. collegii card. „s. Mariae novae". Eadem die fuit creatus in clericum s. collegii egregius doctor Angelus de Pireto. L. c. 85

Aug. 12 card. „Cumanus" recessit de Urbe causa sanitatis recuperandae. L. c. 86

Oct. 9 praefatus card. „Cumanus" in Viterbio diem suum clausit extremum. L. c. 87

Dec. 11 fuit continuata absentia card. „Firmano" a dicta die usque ad resurrectionem D. N. J. C. L. c. 88

Dec. 22 card. „s. Mariae novae", camerarius s. sollegii, retulit mihi Jacobo Radulphi eiusdem collegii clerico, quod card. „Ruthenus" debet participare a dicta die usque ad annum. L. c. f. 19. 89

1446.

Febr. 15 F. episcopus Portuen., card. „Venetiarum", S. R. E. vicecancellarius, intravit Urbem rediens de legatione sua de partibus Turcorum. L. c. 90

Apr. 16 card. „s. Mariae novae", s. collegii camerarius, retulit mihi Jacobo Radulphi ejusdem collegii clerico, quod card. „Firmanus" amodo non debet participare. L. c. 91

Maii 31 card. „Aquilegensis" recessit de Urbe, gressus suos dirigens versus marchiam (Ancon.). L. c. 92

Junii 18 card. „Capuanus" recessit de Urbe, gressus suos dirigens versus Campaniam. L. c. (Arm. XXI, 52 f. 19). 93

Aug. 31 card. „Firmanus", legatus in marchia Ancon., intravit Urbem et incepit participare. L. c. 94

Sept. 9 card. „de Flisco" recessit de Urbe, gressus suos dirigens versus Januam. L. c. 95

Oct. 7 card. „s. Mariae novae" restituit sigillum collegii in consistorio secreto, quod quidem sigillum fuit assignatum Joanni tit. s. Mariae in Transtiberim „de Turrecremata" nuncup., qui creatus fuit camerarius s. collegii. L. c. 96

Nov. 30 card. „Aquilegensis" intravit Urbem rediens de marchia (Ancon.). L. c. 97

Dec. 23 Thomas ep. Bononien. et Joannes el. Placentinen. intraverunt Urbem sine capello, associati a cardinalibus usque ad palatium domini nostri et ibidem in consistorio generali recepti sunt S. R. E. cardinales, et dati sunt eis capelli cardinalatus necnon tituli assignati, videl. Bononiensi tit. s. Susannae presb. et Placentinensi s. Angeli diac.; et fuerunt reducti ad habitationem eorum per dominos cardinales. 98

Dec. 23 cardinales ordinaverunt, quod card. „Ruthenus" non debeat amodo participare. L. c. 99

1447.

Febr. 21 in curia praesentes erant hi S. R. E. cardinales: Venetiarum, Tarentinus, Capuanus, de Flisco, Nicaenus, Portugalensis, Morinensis, de Estoutevilla, s. Sixti, Aquilegensis, Firmanus, Valentinensis, de Columpna, s. Mariae novae; absentes: Mediolanensis, s. Sabinae, Bononiensis, s. Angeli. L. c. Cfr. not. ad conclave, in quo Nic. V eligitur, ubi plures absentes enumerantur, quibus addendus est card. de Fuxo (I, 20). 100

Febr. 23 hora 9 vel quasi Eugenius papa IV migravit ab hoc saeculo. Anima ejus sit cum angelis collocata. L. c. 101

Febr. 23 (eodem die, quo obiit Eug. IV) cardinalis Capuanus intravit Urbem rediens de partibus Campaniae. L. c. 102

Mart. 27 S. P. (Nicolaus V) Jo(annem) s. Angeli diac. card. instituit legatum de latere ad Germaniam et partes adjacentes (Obl. t. 72 f. 24). 103

Mart. 27 S. P. assumpsit Jo(annem) tit. s. Petri ad vinc. presb. card. ad eccl. Ostien. vac. per ob. Antonii epi. extra curiam Rom. defuncti, reservando ei administrationem eccl. Segobien. unacum aliis commendis iam obtentis (l. c.) 104

Apr. 3 cardinalis Capuanus Romae diem suum clausit supremum; anima ejus requiescat in pace. Arm. XXXI, 52 f. 19. 105

Apr. 19 S. P. Dominicum tit. s. Crucis presb. card. instituit legatum de latere in marchia Ancon. (Obl. 72, 25). 106

Maii 5 card. Firmanus recessit de Urbe legatus in marchiam Ancon. et non participat. Arm. XXXI, 52 f. 20. 107

Maii 12 S. P. Petrum (de Fuxo) ep. Albanen. instituit vicarium cum potestate legati de latere in civ. Avinion. et in comit. Venaissini eo modo, quo fel. rec. Eug. IV eum deputavit. (Obl. t. 72 f. 25). 108

Maii 22 S. P. in consist. secreto cardinalem Morinensem pronuntiavit legatum de latere ad pacem tractandam inter legam et ducem Mediolan. (Obl. t. 72 f. 26). 109

Junii 14 card. Morinensis recessit de Urbe legatus ad partes Lombardiae et participat. Arm. XXXI, 52 f. 20. 110

Julii 5 Antonius card. Portugalensis Romae in s. Chrysogono diem suum clausit extremum; anima ejus requiescat in pace. L. c. 111

Sept. 12 card. Mediolanensis recessit de Urbe gressus suos dirigens versus Mediolanum et participat usque ad sex menses; a quorum fine non participat, sicut card. de Flisco s. collegii camerarius retulit mihi Jacobo Radulphi clerico ipsius collegii. L. c. 112

Sept. 15 Joannes card. s. Angeli recessit de Urbe legatus ad partes Germaniae et participat usque ad sex menses. Cui fuit continuata absentia usque ad reditum suum. L. c. 113

Dec. 17 card. Firmanus rediens de legatione sua videl. de marchia Ancon. intravit Urbem et incepit participare. L. c. 114

1448.

Febr. 12 fuit finita absentia card. Mediolanensis et non participat. L. c. 115

Febr. 21 domini cardinales ordinaverunt, quod Isidorus card. Ruthenus iterum incipiat participare de communibus et minutis servitiis. L. c. 116

1449.

Jan. 21 Joannes ep. Praenestin. card. „Tarentinus" vulg. nuncup., S. R. E. magnus poenitentiarius, Romae diem suum clausit extremum; anima ejus requiescat in pace. L. c. 117

Jan. 21 Joannes tit. s. Sabinae presb. card. „s. Pauli" nuncup. in civitate Neapolitana diem suum clausit extremum; anima ejus r. i. p. L. c. f. 21. 118

Mart. 5 S. P. in consist. secr. G(eorgium) tit. s. Anastasiae presb. card. ad eccl. Praenestin. transtulit (Obl. t. 72 f. 36). 119

Mart. 5 S. P. Bissarionem tit. ss. XII apost. presb. card. ad eccl. Sabinen. transtulit (Obl. t. 72 f. 36). 120

Apr. 4 (die Veneris ante dominicam in Ramis) Henricus tit. s. Clementis presb. card. „Mediolanensis", veniens de Mediolano, intravit Urbem, et incepit participare. Arm. XXXI, 52 f. 20. 121

Apr. 5 card. Venetiarum, S. R. E. vicecancellarius, recessit de Urbe gressus suos ad balnea de Puteolis sanitatis captandae causa dirigens et habuit absentiam ad duos menses, infra quos reversus est ad praesentiam S. P. Spoleti. L. c. 122

Apr. 23 Ecclesia Sabinen. collata est Amedeo de Sabaudia (olim Felici V antipapae) a S. P., translato epo. Sabinen. ad Tusculan. (Obl. t. 72 f. 36). 123

Apr. 22 card. de Flisco recessit de Urbe gressus suos dirigens usque Januam et habuit absentiam usque ad sex menses. Arm. XXXI, 52 f. 21. 124

Jun. 14 card. Venetiarum intravit civ. Spoletanam, ubi S. P. cum card. residebat. L. c. 125

Sept. 10 S. P. creavit cardinalem Nicaenum legatum de latere ad tractandum pacem et concordiam apud Venetos et Mediolanen. necnon comitem Franciscum et Mediolanen. (Obl. t. 72 f. 38). 126

Oct. 27 card. „Beneventanus“ creatus est s. collegii camerarius pro anno. Arm. XXXI, 52 f. 21. 127

1450.

Jan. 11 Nicolaus de Cusa tit. s. Petri ad vinc. presb. card. intravit Urbem cum capello nigro, associatus a dominis card. ad palatium S. P., per quem capellatus et deinde a dominis card. associatus est ad domum suam; cui 19 Jan. 1450 apertum est os, non autem concessa participatio promotionum illa die fact. L. c. 128

Febr. 27 S. P. creavit cardinalem Nicaenum legatum de latere in civ. Bononien. et in exarchatu Ravennaten. et tota Romandiola (Obl. t. 72 f. 40). 129

Mart. 4 B(essarion) ep. Tusculan. card. „Nicaenus“ nuncup. recessit de Urbe legatus ad civ. Bononien. et participat ad annum, cui die 2 Apr. ad relationem cardinalis Beneventan. (s. collegii camerarii) prorogatur ad alterum annum. Arm. XXXI, 52 f. 21. 130

Apr. 18 Petrus (de Schaumberg) ep. Augusten., tit. s. Vitalis presb. card., intravit Urbem associatus a dominis card. usque ad palatium S. P., a quo in consistorio gen. receptus obtinuit capellum rubeum, postea per dominos card. associatus usque ad domum; die 24 Apr. ei apertum est os et participat de omnibus promotionibus illa die factis. L. c. 131

Jul. 4 card. Mediolanensis versus Aprutium diem suum clausit extremum etc. L. c. 132

Julii 22 cardinalis Bononiensis, frater S. P., veniens de Macerata intravit Fabrianum dioec. Camerin., ubi S. P. cum nonnullis card. fuit, et incepit participare usque ad 18 Sept. 1450, quo die S. P. recessit de Fabriano, remanente ibi ipso card. Bon. L. c. 133

Nov. 13 S. P. recessit de Fabriano dioec. Camerinen. gressus suos dirigens versus Urbem. L. c. f. 22. 134

Oct. 16 card. Arelaten. in Sabaudia diem suum clausit extremum etc. L. c. 135

Nov. 30 G(uilelmus) tit. s. Sabinae card. „Metensis“ intravit capellatus s. Mariam de Populo de Urbe et pernoctavit ibidem; in crastinum die 1 Dec. in consistorio gen. in palatio s. Petri a S. P. fuit gratiose receptus et inde per dominos card. associatus usque ad domum suam, ut moris est; die autem 11 Dec. apertum est ei os et incepit illa die participare inclusive. L. c. 136

Dec. 11 Ludovicus tit. s. Anastasiae presb. card. „de Varambone“ intravit capellatus s. Mariam de Populo de Urbe et pernoctavit ibidem; in crastinum die 12 Dec. fuit in consistorio in palatio s. Petri a S. P. gratiose receptus et inde associatus per dominos card. usque ad domum suam; die autem 15 Dec. ei apertum est os et ab illa die incepit participare. L. c. 137

Dec. 31 (Nicolaus de Cusa) card. s. Petri ad vinc. recessit ab Urbe de mandato S. P. versus partes Alamanniae et Boemiae et participat usque ad unum annum, sicut retulit mihi (Jacobo Radulphi s. coll. clerico) card. Ruthenus ipsius collegii camerarius. L. c. 138

1451.

Febr. 7 S. P. transtulit Isidorum tit. ss. Petri et Marcellini presb. card. et archiep. Russien. ad eccl. Sabinen., concessa ei eccl. Russien. in commendam (Obl. t. 72 f. 45). 139

Febr. 27 card. „Augusten.“ recessit de Urbe iturus versus Alamanniam et participat usque ad sex menses. Arm. XXXI, 52 f. 22. 140

Apr. 9 card. „Bononien.“, frater S. P., veniens de marchia Ancon. legatus intravit Urbem et incepit participare. L. c. 141

Jun. 16 S. P. transtulit Petrum s. Mariae novae diac. card. ad eccl. s. Marci presbyteralem et de ipso providit ecclesiae Vicentin. vac. per ob. Francisci (Obl. t. 72 f. 47). 142

Aug. 13 S. P. creavit legatos de latere pro pace inter Franciae et Angliae reges tractanda: card. Andegaven. ad Franciam et card. s. Petri ad Angliam (Obli t. 72 f. 47). 143

Sept. 9 Joannes card. „Morinensis“ Romae diem suum clausit extremum, cujus animam possideat paradisus. Arm. XXXI, 52 f. 22. 144

Oct. 10 A(storgius) card. „Beneventanus“ solvit debitum naturae etc. L. c. 145

Sept. 21 Ludovicus card. „de Varambona“ etiam debitum naturae persolvit, cui Deus parcat in multitudine misericordiae suae. L. c. Cf. supra nr. 137. 146

Oct. 27 Romae in palatio apostolico in camera, in qua consistorium secretum teneri consuevit, de mane ante illud constituti cardinales Venetiarum, de Flisco, Ruthenus, s. Sixti, Firmanus, Valentinensis, Messanensis, de Ursinis, Avinionensis, Metensis, de Columna et s. Angeli, s. collegium repraesentantes, ordinaverunt et statuerunt unanimiter, quod cardinales Nicaenus, Andegavensis, Aquilegensis, s. Petri ad vinc. et s. Mariae novae al. s. Marci a Rom. curia absentes ab ipso die 27 Oct. 1451 durante eorum absentia nullatenus participarent; cui ordinationi et statuto S. P. interfuit hoc idem audiens et authorizans, sicut retulit mihi (Jacobo etc.) cardinalis de Ursinis, eodem die in camerarium s. collegii electus et ordinatus atque per S. P. confirmatus. Sic amodo sunt cardinales praesentes suprascripti et Bononiensis.*) 147

Nov. 24 S. P. Philippum card. Bononien. a titulo s. Susannae ad tit. s. Laurentii in Luc. transtulit (Obl. t. 72 f. 49). 148

Nov. 27 card. „Aquilegensis“ veniens de partibus Forojulii et Venetiarum intravit Urbem et incepit participare. Arm. XXXI, 52 f. 23. 149

Dec. 5 card. „s. Mariae novae“ al. „s. Marci“ veniens de partibus Venetiarum intravit Urbem et incepit participare. L. c. 150

1452.

Maii 20 Isidorus card. Russiensis (Ruthenus) recessit de Urbe iturus versus Constantinopolim et non participabit nisi solum de Salzeburgen. et Patavien. ecclesiis vacant., de quibus ei specialis facta est gratia. L. c. 151

Julii 28 S. P. ecclesiam s. Rufinae ab eccl. Portuen., cui unita erat, separavit eique Balbinum i. e. Joannem tit. s. Balbinae presb. card. archiep. Cantuarien. praefecit, ita ut retineret ecclesiam Cantuar. (Obl. t. 72 f. 51.) 152

*) Die autem 12 Nov. 1452 cardinales in Curia Rom. praesentes declaraverunt, mentem suam esse, quod card. de Estoutevilla „Andegavensis“ participaret per unum annum integrum computandum a die recessus, qui fuit 16 Sept. 1451 (Arm. XXXI, 52 f. 23).

Nov. 16 Philippus (lege: Joannes) card. „Aeduen." capellatus intravit s. Mariam de Populo de Urbe et ibidem pernoctavit; et in crastinum die 17. Nov. fuit in palatio apostolico in consistorio gen. receptus et inde associatus per dominos card. usque ad domum habitationis suae; die autem 24 Nov. apertum est ei os et participabit ab hoc die, sicut retulit mihi card. „Metensis", ad praesens s. collegii camerarius. Arm. XXXI, 52 f. 23. 153

1453.

Jan. 3 card. de Estouteville veniens de partibus Franciae legatus de latere intravit Urbem, associatus a dominis card. usque ad palatium apost. et inde ad domum suae habitationis, et incepit participare. L. c. 154

Febr. 1 cardinalis Aeduen. recessit de Urbe iturus versus partes suas Burgundiae et ab illa die non participabit. L. c. 155

Mart. 5 card. „s. Petri ad vinc." (Nicolaus de Cusa) veniens de partibus Alamanniae intravit Urbem per portam Mariae de Populo et incepit participare; qui quidem 29 Maii 1453 recessit ab Urbe iturus ad ecclesiam suam (Brixinen.) et non participat ab ista die. L. c. f. 24. 156

Oct. 30 Franciscus ep. Portuen., vicecancellarius, viam est universae carnis ingressus, cujus anima per Dei misericordiam requiescat in pace. L. c. 157

Nov. 5 Guilelmus tit. s. Sabinae presb. card. „Metensis" vulg. nuncup. restituit sigillum collegii in consistorio secreto, quod quidem sigillum fuit assignatum Alano tit. s. Praxedis presb. card. „Avinionensi" vulg. nuncup., qui creatus fuit camerarius ejusdem collegii. L. c. 158

1454.

Maii 16 cardinalis Rothomagensis exivit Urbem capiens iter versus Franciam et participat usque ad sex menses; absentia ejus 16 Nov. 1454 finita non fuit prorogata, tamen domini card. certis ex causis fecerunt ipsum participare de ecclesiis Vivarien. et Electen., quibus fuit provisum post absentiam finitam. L. c. 159

...... obitus cardinalium Ostiensis (1453 Nov. 25) et Cantuariensis (1454 Mart. 22), creatio camerarii s. collegii. L. c. 160

1455.

Mart. 24 die Lunae hora quinta circa sextam noctis Nicolaus V suum diem clausit extremum, cujus anima requiescat in pace. L. c. 161

Apr. 2 card. „Nicaenus" rediens legatus de Bononia introivit Urbem hora 21 vel circa et eadem die ivit ad s. Petrum intrans consilium cum aliis cardinalibus. L. c. 162

Apr. 28 S. P. (Calixtus III) Georgium ep. Praenestin. ad eccl. Ostien. vac. per obitum Joannis (v. s. n. 160) transtulit (Obl. t. 72 f. 65). 163

Junii 20 venerunt novae, quod Sbigneus episc. Cracovien. et tit. s. Priscae presb. card. diem suum clausit extremum (1 Apr. 1455) et die 21 dicti mensis fuerunt celebratae exequiae; cujus anima requiescat in pace. Arm. XXXI, 52 f. 25. 164

Sept. 12 card. Rothomagensis rediit de partibus Franciae et intravit Urbem die Veneris de mane, dum cardinales erant in consistorio, et deinceps participat. L. c. 165

Sept. 17 die Mercurii card. Avinionensis legatus in Franciam recessit de Urbe, associatus a dominis card. de palatio s. Petri usque ad portam s. Pauli, et juxta s. Paulum intravit galeas cum comitiva sua dirigens iter versus Avinionem. L. c. 166

Sept. 25 quae fuit dies Jovis, fuit factum consistorium secretum et cardinalis s. Angeli recessit legatus in Alamanniam et Ungariam de mane per portam s. Mariae de Populo. L. c. 167

Oct. 28 qua fuit festum ss. Simonis et Judae, circa quartam horam noctis, Guilelmus tit. s. Sabinae presb. card. „Metensis" diem suum clausit extremum etc. L. c. 168

1456.

Maii 13 Isidorus card. „Ruthenus" exivit Urbem iter suum dirigens versus Venetias; ab hac die in antea usque ad duos menses participat non obstante absentia; rediit infra terminum. L. c. 169

Junii 1 camerarius card. Aquilegensis de mane recessit de secreto consistorio legatus de latere per mare contra Teucros, associatus a dominis card. usque ad galeas, quae erant in Ripa Tiberis in Urbe; non tamen discessit de Ripa tunc, sed die 11 dicti mensis per Tiberim ivit ad Ostia versus Neapolim. L. c. 170

Nov. 16 Ludov. tit. ss. IV Coron. et Rodericus tit. s. Nicolai in carcere, nepotes S. P., intraverunt Urbem, associati in introitu portae a card. Rothomagensi, Firmano, de Columna, et pernoctaverunt illa die in ecclesia s. Mariae de Populo; die vero 17 Nov. praefati card. Ludovicus et Rodericus fuerunt per S. P. in generali consistorio solemniter recepti, associati a dominis card.; quibus fuit datus capellus rubeus et associati fuerunt, ut moris est, usque ad eorum habitationem existentem in s. apost. palatio. L. c. f. 26. 171

Nov. 26 die veneris S. P. in consistorio secreto aperuit ora Ludovico et Roderico card. praefatis et ab hac die in antea inceperunt participare de communibus et minutis servitiis in forma sicut alii. L. c. 172

Dec. 1 Jacobus card. s. Eustachii associatus a dominis card. intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo et in habitatione dictae s. Mariae illa nocte dormivit, die vero 2 Dec. receptus est, associatus a dominis card., in consistorio generali a S. P., qui dedit ei capellum rubeum; et ipsi domini card. associaverunt eum usque ad domum (habitationis), ut est moris. L. c. 173

Dec. 10 eidem Jacobo diac. card. Ulixbonen. apertum est os et incepit ab illa die in antea participare de communibus et minutis servitiis. L. c. 174

Dec. 18 cardinales Zamoren. et Senen. fuerunt per S. P. in consistorio generali recepti, ut est moris, et receperunt ab eo capellum rubeum, assignatis cardinali Zamorensi tit. s. Priscae et cardinali Senensi tit. s. Sabinae; postea iverunt ad domus habitationum suarum, associati ab omnibus dominis card. L. c. 175

Dec. 22 S. P. in consistorio secreto aperuit ora cardinalium Zamoren. et Senen., qui ab hac die in antea inceperunt participare etc. L. c. 176

1457.

Jan. 7 die Veneris L(udovicus) card. ss. IV Coron. recessit ab Urbe legatus de latere (constitutus 31 Dec. 1456) gressus suos dirigens versus et ad civ. Bononien., et non participat, prout retulit dominus Ilerden., camerarius collegii. L. c. 177

Jan. 11 Jacobus card. Montisferetri intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo et ibi pernoctavit; die vero 12 Jan. in consistorio generali per S. P. de consuetudine ut supra receptus extitit et recepit ab eo capellum rubeum et inde ivit domum associatus ut supra. L. c. 178

Jan. 19 R(odericus) card. s. Nicolai recessit de Urbe legatus de latere (seu vicarius in temp. generalis marchiae Ancon., constitutus 31 Dec. 1456), gressus suos dirigens ad marchiam (Ancon.), et non participat, ut retulit mihi dominus Ilerdensis, camerarius collegii. L. c. 179

Jan. 24 in consistorio secreto post provisiones de Aretin. et Brixien. ecclesiis factas S. P. aperuit os cardinali Montisfeltri, assignato ei tit. s. Anastasiae, qui ab ista die praeterquam de Aretin. et Brixien. ecclesiis in antea participat, prout retulit mihi cardinalis Senensis hodie 26 Jan. 1457, quo die idem card. fuit deputatus camerarius collegii. L. c. (Arm. XXI, 52) f. 27. 180

Febr. 25 Joannes card. Papien., veniens de Alamannia legatus, associatus ab omnibus card., intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo et in monasterio ejusdem ecclesiae pernoctavit; die vero sequ. 26 Febr., associatus a dominis card., in consistorio gen. per S. P. receptus est, qui dedit ei capellum rubeum, et inde ivit ad domum habitationis suae, associatus etc. L. c. 181

Mart. 9 post provisionem ecclesiae Segobien. de persona dom. Fernandi factam S. P. aperuit os cardinali Papien., assignato ei tit. s. Clementis, qui ab illa die incepit participare de communibus et minutis servitiis praeterquam de dicta eccl. Segobien. L. c. 182

Mart. 20 Raynaldus card. Neapolitanus appellatus intravit Urbem et pernoctavit in monasterio s. Mariae novae; die vero sequ. 21 Martii in consistorio gen. a S. P. receptus est, qui ei dedit capellum rubeum, assignato ei tit. s. Caeciliae; deinde domini cardinales ipsum associaverunt ad domum (habitationis), ut est moris. L. c. 183

Apr. 1 quae fuit dies Veneris, S. P. eidem card. Neapol. aperuit os post promotionem de eccl. Vasaten. factam, de qua non participat, sicut retulit mihi card. Senensis, camerarius collegii. L. c. 184

Julii 1 card. Neapolitanus diem suum clausit extremum etc. L. c. 185

Nov. 26 card. s. Nicolai veniens de sua legatione de Marchia intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo et incepit ab illa die participare, sicut retulit mihi Jacobo clerico collegii cardinalis Senensis, camerarius collegii. L. c. 186

1458.

Maii 6 quae fuit dies sabbati, Alanus tit. s. Praxedis card. Avinionensis, veniens de sua legatione de partibus Franciae, intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo et incepit participare de comm. et min. serv. L. c. 187

Aug. 6 quae fuit dies dominica, hora 23 vel circa, Calixtus III defunctus est pontificatus sui anno quarto, cujus anima requiescat in pace. L. c. 188

Aug. 11 quae fuit dies Veneris, hora 23, L(udovicus) tit. ss. IV Coron. card. Segobricen. rediens de Bononia legatus introivit Urbem per portam prope palatium s. Petri. L. c. 189

Aug. 14 quae fuit dies Lunae, Dominicus tit. s. Crucis in Jerus. presb. card., summus poenitentiarius, diem suum clausit extremum etc. L. c. 190

Sept. 25 card. Papiensis legatus de latere associatus ab omnibus card. ex consistorio recessit per portam b. Mariae de Populo ad legationem suam marchiae Ancon. suos gressus dirigens; et ab ista die recessus non debet participare de comm. et min. serv., secundum quod retulit mihi Ja(cobo) Radulfi epo. Cistaricen., clerico collegii, cardinalis s. Anastasiae, ad praesens camerarius dicti collegii. L. c. f. 28. 191

Sept. 30 Nicolaus card. s. Petri ad vinc., veniens de partibus Alamanniae, intravit Urbem, associatus a nonnullis card., et incepit participare. L. c. 192

1459.

Mart. 8 L(udovicus) card. (Aquilegiensis), camerarius S. P., veniens de partibus Rodi, ubi fuit legatus, intravit Urbem, et die 16 Martii intravit Senas, ubi papa erat cum Curia, et exinde incipit participare. L. c. 193

. . . . . . card. Aeduensis, veniens de ecclesia sua Aeduen., intravit Florentiam et inde die 16 Apr. intravit Senas, ubi etc. L. c. 194

Aug. 27 Florentiae Ja(cobus) card. Ulixbon. solvit debitum naturae, sicut mihi Ja. clerico collegii die 30 Aug. retulit cardinalis Zamorensis, cujus animam possideat paradisus. Amen. L. c. 195

Sept. 12 card. Ilerden. al. Messanen. Romae diem suum clausit extremum, cujus anima requiescat in pace. Ita retulit mihi Jacobo, clerico coll., card. Zamorensis ad praesens s. collegii camerarius. L. c. 196

Nov. 1 declararunt S. R. E. cardinales ad relationem card. Zamorensis ad praesens camerarii s. collegii, cardinalem de Flisco de cetero non participare debere, qui Januae est quique obtinuit gratiam, quod deberet participare a die discessus Pii II de Roma usque ad 1 Nov. et non ultra. L. c. 197

1460.

Jan. 30 Pius II intravit Senas veniens de Mantua. L. c. 198

Febr. 6 card. s. Marci retulit mihi, qualiter domini card. sibi tamquam camerario collegii dixerant, quod card. s. Petri a die 19 Jan. 1460, quo S. P. recessit de Mantua, non deberet participare, quia ibat ad suam eccl. (Brixinen.). L. c. 199

Febr. 6 Item retulit mihi idem card. s. Marci, quod card. Nicaenus legatus de latere iens versus partes Alamanniae ab eadem die 19 Jan. in antea non participabit. L. c. 200

Febr. 6 Item retulit mihi idem card. s. Marci, quod card. Ruthenus a die discessus sui a Mantua (gressus suos dirigens versus Orientem) vel papae ab ipsa civ. Mant. participabat usque . . . L. c. 201

Apr. 4 card. Reatinus recessit de Senis iens Bononiam legatus de latere et de cetero non participat, sicut retulit mihi cardinalis s. Marci Venetus, camerarius collegii. L. c. f. 29. 202

Apr. 8 Jo(annes) ut ep. Praenestin. se obligavit pro communi servitio solvendo. L. c. 203

Apr. 14 Jo(annes) card. Papien. legatus in marchia Ancon. ibidem diem suum clausit extremum, cujus animam possideat paradisus. L. c. 204

Apr. 30 F(ranciscus), nepos S. P., card. s. Eustachii legatus de latere ad marchiam (Ancon.) ab hac civ. (Senarum) discessit et non participat. L. c. 205

Maii 5 card. Aeduen. recessit de Senis iens versus Franciam et suam ecclesiam (Aeduen.) et non participat. L. c. 206

Maii 28 N(icolaus) card. s. Petri ad vinc. veniens de partibus Alamanniae intravit Senas et incepit participare. L. c. Arm. XXXI, 52 f. 29. 207

Dec. 31 A(ngelus) tit. s. Crucis veniens de Bononia legatus intravit Urbem et incepit participare. L. c. 208

1461.

Febr. 1 card. s. Eustachii, nepos S. P., veniens de legatione sua de marchia (Ancon.) intravit Urbem et incepit participare. L. c. 209

Maii 18 card. s. Crucis recedens de curia Rom. ivit ad Bononiam continuando legationem suam et non participat. L. c. 210

Junii 1 card. s. Eustachii nepos S. P. recessit de Urbe iens versus marchiam (Ancon.) legatus et non participat, sicut retulit mihi card. s. Susannae camerarius collegii. L. c. 211

Sept. 30 Jo(annes) card. s. Angeli rediens de legatione sua de partibus Ungariae intravit Urbem et ab illa die incepit participare de comm. et min. serv. L. c. 212

Oct. 8 card. de Flisco diem suum clausit extremum, cujus animam possideat paradisus. L. c. f. 30. 213

Nov. 8 die Dominica F(ranciscus) card. s. Eustachii, nepos S. P., rediens de legatione sua de Marchia intravit Urbem et incepit participare. L. c. 214

Nov. 17 die Martis A(ngelus) card. s. Crucis rediens de legatione sua Bononien. intravit Urbem et incepit participare. L. c. 215

Nov. 20 die Veneris card. Nicaenus ep. Sabinen. veniens de legatione sua de Alamannia intravit Urbem et pernoctavit illa die in s. Maria de Populo; die Sabbati in crastinum fuit receptus in consistorio gen. et incepit participare. L. c. 216

1462.

Febr. 23 die Martis A. card. Reatinus recessit de Rom. curia iens legatus de latere ad civ. Bononien. et non participat, sicut retulit mihi cardinalis Thiannen. (camer. coll.). L. c. 217

Mart. 13 Ricardus card. Constantiensis capellatus capello rubeo et Joannes card. Atrabatensis cum capello nigro intraverunt Urbem et pernoctaverunt apud s. M. de Populo et fuerunt ibidem usque ad (diem) Lunae 15 (Mart.) per totum diem. Die Martis sequ. domini card. iverunt ad s. Mariam de Populo et associaverunt dominos Constantien. et Atrabaten. ad palatium apost., qui per S. P. gaudiose recepti et ad osculum pacis admissi sunt assignando capellum rubeum domino Atrabatensi et dando domino Constant. tit. s. Eusebii ac domino Atrab. tit. s. Martini in mont.; deinde fuerunt ipsi duo per alios card. usque ad domum habitationis associati. Die autem 29 Mart. in consistorio secreto per S. P. fuit os apertum dominis Constant. et Atrab., qui inceperunt participare de comm. et min. serv. illa die factis ratione promotionum. L. c. 218

Mart. 23 Franciscus card. Mantuanus sine capello intravit Urbem et pernoctavit in s. Maria de Populo et in crastinum receptus in consistorio gen. gaudiose, ut supra de aliis dominis card.; cui die Veneris 2 Apr. in consistorio secreto apertum est os et incepit participare de promotionibus illa die factis. L. c. 219

Maii 31 papa Viterbii in arce existente domini card. iverunt usque foris portam Viterbii obviam domino Ludovico card. de Lebreto (!) et associaverunt eum usque ad praesentiam domini papae, qui eum gaudiose recepit et capellum rubeum dedit; quo facto domini card. associaverunt eum usque ad domum habitationis. L. c. 220

Maii 31 Eadem die fuit publicatus card. Salzeburgensis. L. c. 221

Junii 21 Ludovico card. de Albreto Viterbii apertum est os et incepit participare de promotionibus fiendis. L. c. f. 31. 222

Aug. 27 card. Spoletanus legatus de latere recessit post consistorium de Pientia iens versus civ. Perusinam et ab illo die non participat, secundum quod retulit mihi card. Papiensis, vices gerens in officio camerariatus collegii. L. c. 223

Dec. 13 quae fuit dies Lunae, Pius II recessit de civ. Tudertina (in qua erat dominus meus Spoletanus, qui tunc de promotionibus factis in eadem de tempore, quo ipse S. P. ibi stetit, participavit), gressus suos dirigens ad Urbem, et ab illo die ipse card. Spoletanus non participat, sicut retulit mihi card. Papiensis, vices gerens cardinalis Thiannen., camerarii collegii. L. c. 224

1463.

Mart. 24 card. de Columna Romae diem suum clausit extremum, cujus anima requiescat in pace. Amen. L. c. 225

Apr. 6 ,,Reverendissimo domino meo card. s. Petri ad vinc. Revme. pater et dne. mi singularissime! Proposui in collegio dominorum meorum card. scedulam et petitionem Revmae. D. V. de distributionibus jurium capelli habendis in absentia; omnes Revmi. domini fuerunt contenti et libenter concesserunt. Significo hoc Revmae. D. V., ut sciat. Cui me humiliter commendo. Romae in sanctis apostolis VI Apr. 1463. Humilis servitor B. card. Nicaenus". L. c. 226

Apr. 27 die Merc. card. Rutenus appellatus, Isidorus, Romae diem suum clausit extremum etc. L. c. 227

Julii 5 card. Portuensis (Tusculanus!) ,,Nicaenus" nominatus recessit de Roma legatus de latere apud Venetias ad sollicitandum armatam contra nephand. Turcum et participat de comm. et min. serv. usque ad reditum, secundum quod retulit mihi cardinalis s. Marci ad praesens regens officium camerariatus in absentia cardinalis s. Petri ad vinc., camerarii praefati collegii. L. c. 228

Julii 9 card. Spoletanus veniens de legatione sua Perusina intravit Tiburtum, ubi S. P. erat, associatus per dominos card., et incepit participare ab illa die de comm. et min. serv. L. c. 229

Aug. 20 Alexander card. s. Susannae Tibure diem suum clausit extremum etc. L. c. 230

Oct. 24 Joannes tit. s. Martini in mont. Atrabatensis nominatus recessit apud Gallias et non participat ab illa die, prout retulit mihi card. s. Petri ad vinc., collegii camerarius. Qui mihi insuper retulit, quod omnes cardinales, qui exiverunt Urbem, quando S. P. ivit Tiburtum, et ad diversas partes recreationis causa et propter pestem ad diversa loca iverunt, participarent usque ad festum omn. sanct. de anno 1463 et ab illa die in futurum non participarent. Et sic cardinales ss. IV (Coron.), Aquilegiensis, Bononiensis, qui adhuc sunt extra Urbem, non participant. L. c. NB. ,,Die Mercurii 23 Maii 1464 retulit mihi card. Papiensis, camerarius collegii, quod dictum collegium dedit absen-

tiam dominis Aquilegiensi et Bononiensi continuam, domino ss. IV (Coron.) usque in diem, qua recessit in Cataloniam; et idem domino Atrebatensi." Arm. XXXI, 52 f. 33. 231

Nov. 9 card. s. Eustachii, Senensis nominatus, apud Piensiam civ. recessit propter pestem, quae tunc viget in Urbe; et retulit mihi card. s. Petri ad vinc., quod debet participare; et regressus est post 15 dies. L. c. f. 32. 232

Nov. 14 Franciscus card. Mantuanus nominatus recessit ab Urbe versus Mantuam et non participat. L. c. 233

Nov. 21 N. card. s. Caeciliae Tianen. nominatus ingressus est Urbem, rediens de legatione Romandiolae, ubi fuit legatus gentium armorum etc. contra comitem Ariminensem, quem devicit et reduxit ad obedientiam Pii II; et continuat participare, prout participavit existens in legatione sua. L. c. 234

Nov. 21 Item dixerunt mihi card. s. Marci et de Ursinis, quod N. card. s. Petri ad vinc. ex concessione per omnes card. sibi facta debet capere duplicem seu unius card. portionem: et hoc ex aliquibus bonis respectibus etc., donec fuerit contrarium revocatum, quemadmodum habuit in divisionibus de mensibus Junii et Nov. a. 1463. L. c.*) 235

1464.

Jan. 26 Bartholomaeus tit. s. Clementis presb. card. Ravennatensis nominatus Urbem intravit rediens de legatione sua regni Neapolitani, qua in legatione fuit creatus cardinalis; et de s. Maria nova fuit associatus per omnes card. usque ad palatium s. Petri, ubi S. P. eum recepit consistorialiter et ei die 30 Jan. in consistorio secreto aperuit os; a quo die incepit participare, sicut retulit mihi card. Papiensis, camerarius collegii. L. c. 236

Jan. 28 Jacobus tit. s. Chrysogoni presb. card. Papiensis nominatus in camerarium s. collegii electus fuit et illa die fuit ei traditum sigillum camerariatus per card. s. Petri in vinc., qui in dicto officio praecesserat. L. c. 237

Febr. 6 Pius II recessit ab Urbe Rom. et profectus est in civ. Senarum et deinde, ut iret ad balnea. L. c. 238

Febr. 13 B. card. Ravennatensis recessit ab Urbe apud regnum Neapolit. rediens ad legationem et non participat. L. c. 239

Febr. 9 Pius II ingressus est Senas. L. c. 240

Febr. 24 L. Jo. card. IV (Coron.) ingressus est Senas et ab illa die incipit participare. L. c. 241

Mart. 6 patriarcha Aquilegen. ingressus est Senas etc. u. s., qui recessit a Senis dirigens gressus suos apud Florentiam, deinde apud Venetias, et non participat; sed quia revenit 10 Apr. ejusdem anni, continuat participare, quia ivit ad Urbem etc. L. c. f. 33. 242

Mart. 27 A. s. Crucis in Jerus. presb. card. Arittinus (Reatinus) vulgo nuncupatus ingressus est Senas et ab illa die etc. L. c. 243

Apr. 5 L. ss. IV (Coron.) card. de Senis recessit apud Florentiam, deinde ad Cataloniam, et ab illa die cessat participare. L. c. 244

Apr. 4 Pius II recessit de Senis et ivit apud balnea Petrioli. L. c. 245

Maii 1 S. P. rediens de balneis Petrioli intravit Senas et in pontificalibus. L. c. 246

Maii 19 Sabbati vigilia Pentecostes Pius II intravit Urbem rediens de Senis. L. c. 247

Junii 18 S. P. recessit ab Urbe Rom. dirigens se ad Anconam ad praeparandum arma contra nephand. Turchum; fuit associatus per omnes cardinales usque ad pontem Mollem, ubi intravit navem et ivit per aquam usque ad Utricolum. L. c. 248

Junii 21 Eadem die S. P. F(ranciscum) s. Eustachii diac. card. Senen. vulg. nuncup. creavit et dimisit legatum in Urbe. L. c. 249

Aug. 12 in civ. Tudertina obiit Nicolaus card. s. Petri in vinc. etc. L. c. 250

Aug. 14 tertia hora noctis obiit Pius II in civ. Anconitana, ubi venerat ad praeparandum bellum navale contra Turchum, et corpus suum fuit delatum Romam et sepultum in basilica s. Petri. L. c. 251

Aug. 23 B. tit. s. Clementis Ravarella (!) nuncup. intravit Urbem rediens de legatione sua regni Neapolitani, ut intraret conclave simul cum aliis card. L. c. 252

Oct. 1 Paulus II in consistorio secreto pronuntiavit legatos cardinales de latere, videl. L. tit. ss. Joh. et Pauli presb. card. de Ursinis vulg. nuncup. in prov. marchiae Anconitanae et Ricardum tit. s. Eusebii presb. card. Constantiensem nuncup. in civ. Perusina et A. tit. s. Crucis in Jerus. presb. card. Arritinum (Reatinum) nuncup. in civ. Bononien. Et statim post consistorium fuerunt praedicti legati associati, ut decet, per omnes card. usque in domos eorum. L. c. 253

Nov. 16 Latinus card. de Ursinis in marchiam et Ricardus card. Constantiensis in Perusium legati de latere a domo seu palatio s. Marchi, ubi tunc S. P. residentiam faciebat, post secretum consistorium discesserunt, associati, ut moris est, ab aliis card. usque ad portam b. Mariae de Populo; et de promotionibus illa die factis participant, post illam vero diem non participant, prout retulit mihi card. Papiensis, camerarius collegii. L. c. f. 34. 254

1465.

Jan. 12 (*13?*) Sabbati A. tit. s. Crucis in Jerus. presb. card. recessit ab Urbe Rom. legatus de latere versus Bononiam et ab illa die in antea non participat, prout retulit mihi card. de Alibreto, camerarius collegii. L. c. 255

(*Jan. 7*) Ludovicus tit. s. Laur. in Dam. presb. card. in ep. Albanen. promotus est, ita ut illum tit. unacum patr. Aquilegen. et episc. Caven. aliisque commendis retineret. (Pauli II Lat. a. 1 lib. prov. f. 252). 256

Jan. 8 die Lunae Ludovicus tit. ss. Marcellini et Petri presb. card. de Alibreto fuit electus in camerarium s. collegii et eadem die card. Papiensis ei tradidit sigillum. Arm. XXXI, 52, f. 34. 257

Mart. 22 hora 3 noctis Ludovicus ep. Albanen. et patr. Aquilegien. ac sedis apost. camerarius obiit Romae et sepultus est in s. Laur. in Dam. etc. L. c. 258

Apr. 9 card. Constantiensis rediit de legatione sua Perusina et intravit Urbem ac coepit participare; qui die 18 Maii 1465 rediit in legationem suam Perus. et non participat. L. c. 259

Junii 7 die Veneris S. P. pronuntiavit L. tit. ss. Joh. et Pauli presb. card. de Ursinis episcopum Albanen. et

---

*) Item retulit mihi 23 Maii 1464 card. Papiensis, camerarius collegii, quod omnes card. illa die in consistorio (praesentes) dederunt de novo et confirmarunt praedictam gratiam cardinali s. Petri.

Alanum tit. s. Praxedis presb. card. „Avinionensem“ episcopum Praenestin. Arm. XXXI, 52 f. 34 260

Sept. 4 Ludovicus tit. ss. Petri et Marcellini presb. card. de Labreto (!) vulgo nominatus et camerarius collegii Romae obiit etc. L. c. 261

Oct. 9 L. card. de Ursinis intravit Urbem rediens de legatione marchiae Ancon. et ab illa die incipit participare, non autem de promotionibus illa die factis, quia intravit finito consistorio. L. c. 262

Nov. 27 A. tit. s. Crucis in Jerus. card. Reatinus vulgo nominatus intravit Urbem rediens de legatione sua Bononiensi et de promotionibus illa die factis non participat. L. c. 263

1466.

Jan. 3 in consistorio secreto Berardus tit. s. Sabinae presb. card. Spoletanus nominatus fuit electus in camerarium s. collegii et 9 die ejusdem mensis G. card. Rothomagensis tradidit ei sigillum officii ipsius camerariatus. L. c. 264

Febr. 10 Ricardus card. Constantiensis intravit Urbem rediens de legatione sua Perusina et de promotionibus illa die factis non participat, quia intravit hora tarda seu serotina, sed de aliis participat. L. c. 265

Maii 5 Angelus tit. s. Crucis in Jerus. presb. card. Arietinus (Reatinus) vulg. nomin. recessit in Bononiam legatus de latere, prout jam erat, et ab illa die non participat. L. c. 266

Julii 30 Joannes ep. Portuen. S. R. E. card. s. Angeli nominatus fuit promotus et creatus legatus de latere, ut iret apud Venetias; et fuit associatus per omnes card., ut moris est, de s. Marcho, ubi S. P. tunc habitabat, usque ad domum suam. Qui die 20 Aug. 1466 recessit ab Urbe legatus de latere post consistorium finitum in Venetias sollicitaturus aliqua contra nephand. Turcum et alia etc.; et fuit associatus per omnes card. et totam curiam usque ad portam castri s. Angeli, recedens a s. Marcho, ubi etc.; et de promotionibus illa die factis participat, et non de aliis. L. c. 267

Sept. 4 Jacobus tit. s. Anastasiae presb. card. Romae obiit etc. L. c. f. 35. 268

Oct. 3 Joannes tit. s. Martini in mont. presb. card. Albien. alias Atrabaten. intravit Urbem Rom., rediens de partibus Franciae, hora 23 vel circa et ab illa die incepit participare. L. c. 269

1467.

Jan. 7 in consistorio secreto Bessarion ep. Tusculan. fuit electus et assumptus in camerarium s. collegii juxta formam et modum ipsius collegii constitutionum*) et eadem hora card. Spoletanus anni praeteriti camerarius restituit ei sigillum et librum taxarum. L. c. 270

Febr. 10 Ludovicus Joannis card. ss. IV Coron. ingressus est Urbem rediens de Catalonia et ab illa die incepit participare. L. c. 271

Sept. 17 (Joannes) ep. Portuen. card. s. Angeli vulg. nuncup. ingressus est Urbem rediens de legatione sua Venetiarum et associatus fuit per omnes card. a s. Maria de Populo usque ad palatium s. Marchi, ubi tunc S. P. residentiam faciebat, et ibi receptus in consistorio apostolico, ut moris est, et ab illa die incipit participare. L. c. 272

*) Quae referentur in App. II.

Oct. 12 Romae obiit Joannes tit. s. Laur. in Dam. card. Zamorensis vulg. nuncup. et sepultus in hospitali Hispanorum in ecclesia s. Jacobi etc. L. c. f. 36. 273

Oct. 22 Amicus ep. Aquilan. cardinalis noviter creatus ingressus est Urbem Rom. per portam s. Mariae de Populo et inde associatus per omnes card. usque ad palatium s. Marchi, ubi tunc S. P. residentiam faciebat, et ibidem in ecclesia s. Marchi receptus per eundem S. P. in consistorio publico, qui admisit eum ad osculum pedum, manus et osculi, ceteris cardinalibus eum ad osculum pacis recipientibus et cum cantico „Te Deum laudamus“ usque ad altare majus dictae ecclesiae associantibus, et postea ei dedit capellum rubeum, insignia cardinalatus; demum associatus est per omnes card. usque ad palatium suum. Die autem Veneris 13 mensis Nov. in consistorio fuit apertum os domini Aquilani, assignato ei tit. s. Balbinae*). L. c. 274

Nov. 15 die Dominico Franciscus generalis minister Ord. Minorum, creatus noviter cardinalis, ingressus est Urbem Rom. per portam s. Mariae de Populo et inde associatus per omnes card. usque ad palatium s. Marchi, ubi tunc S. P. residentiam faciebat, et ibidem in ecclesia s. Marchi receptus per eundem S. P. in consistorio et admissus ad osculum pedum, manus et osculi, per ceteros autem card. ad osculum pacis, et cum cantico „Te Deum laudamus“ usque ad altare majus dictae ecclesiae associatus; postea in continenti recepit capellum rubeum, insignia cardinalatus, demum associatus per omnes card. usque ad palatium suum s. Petri ad vinc., cujus (ecclesiae) titulus sibi fuit datus. Die autem 20 Nov. in consistorio secreto S. P. eidem aperuit os et voluit, quod participaret a die receptionis capelli. Nota, quod S. P. mandavit mihi, quod tres illi card., sc. Vicentinus, Aquilanus et s. Petri ad vinc., participarent de promotionibus illa die factis, qua receperunt capellos, non obstante stilo et consuetudine s. collegii de non participando nisi a die aperitionis oris; idem praecepit mihi card. Nicaenus s. collegii camerarius; idem praeceptum est de domino Neapolitano. L. c. 275

Dec. 3 die Jovis Oliverius archiep. Neapolitan., cardinalis noviter creatus, ingressus est Urbem per portam s. Joannis Lateran., et associatus per omnes card. usque ad palatium s. Marchi, et in ecclesia receptus per S. P. in consistorio publico et admissus ad osculum etc. ut supra, qui dedit ei capellum rubeum, assignato ei tit. ss. Petri et Marcellini; deinde associatus per omnes card. usque ad palatium suum. L. c. f. 37. 276

*1468.***)

Jan. 10 Angelus tit. s. Crucis in Jerus. presb. card. Reatinus vulg. nuncup. rediit de legatione sua Bononien. et ab illa die incepit participare. L. c. 277

*) A quo die 13 Oct. 1469 absolutus est dato sibi tit. s. Mariae trans Tiberim.

**) Inceptus per me Jeronimum die XXII aprilis. Ex libro domini Gabrielis Rovira clerici collegii. Die 18 Febr. 1468 Nicolaus de Bonaparte s. collegii clericus resignavit officio suo clericatus in manibus G. episcopi Ostien., s. collegii camerarii, et sequenti die Sababti 23 Apr. 1468 Guilelmus (de Estoutevilla) ep. Ostien., s. collegii S. R. E. card. camerarius, de ipsorum omnium voluntate et consensu admisit et constituit me Jeronimum Junium, decr. doctorem, canonicum Florentinum, in clericum ipsius s. collegii, et

Jan. 11 G(uilelmus) ep. Ostien. S. R. E. card. Rothomagen. vulg. nuncup. fuit electus et assumptus in camerarium s. collegii juxta modum et formam constitutionum ipsius s. collegii, et eadem die B. ep. Tusculan. tradidit ei sigillum et libros et alia etc. Arm. XXXI, 52 f. 37. 278

Apr. 21 Theodorus de Monteferrato, creatus novus cardinalis, ingressus est Urbem per portam s. Mariae de Populo et inde associatus per omnes card. ad palatium s. Marci, ubi tunc S. P. residentiam faciebat, et ibidem in ecclesia s. Marci receptus per S. P. in consistorio publico, qui admittens eum ad osculum pedum et manuum et pacis dedit ei capellum rubeum et insignia cardinalatus; ac etiam ceteri card. receperunt eum ad osculum pacis tamquam cardinalem et locum et stallum ei dederunt cum cantico „Te Deum laudamus", qui, postquam alia fuerunt facta, quae fieri solent, eum associaverunt usque in domum suam. Die autem 27 Apr. S. P. eidem Theodoro card. de Monteferrato aperuit os, assignato ei titulo s. Theodori, qui incepit participare a dicto die in antea. L. c. 279

Maii 13 retulit mihi dominus Rothomagensis, camerarius s. collegii, quod domini card., qui pro ista aestate ad balnea vel propter pestem seu aeris intemperiem ab Urbe se absentarent, habeant praesentiam et de comm. et min. serv. participent, ac si praesentes fuissent: et hoc usque ad primam diem Octobris proxime futuri, et si dicta die non redirent, amplius non participarent. L. c. f. 38. 280

Maii 13 Item fuerunt dati tituli dominis cardinalibus videl. Thomae archiep. Cantuarien. tit. s. Cyriaci, Stephano archiep. Colocen. tit. ss. Nerei et Achillei, Joanni ep. Andegaven. tit. s. Susannae. L. c. 281

Maii 27 fuit deliberatum in consistorio, quod A. card. Avinionensis vulg. nuncup., qui de proximo est recessurus versus Gallias, debeat participare de comm. et min. serv. per annum integrum incip. a die 1 Junii proxime sequ. Ita retulit G. card. Rothomagen., camerarius s. Collegii, Gabrieli Rovira et mihi Jeronimo Junio clericis ejusdem s. collegii, et quod in omnibus divisionibus fiendis daremus portionem eidem domino Avinionensi, ac si praesens foret. Qui die 12 Junii, quae fuit Dominica ss. Trinit., recessit in Franciam. L. c. 282

Sept. 26 obiit Romae bo. et sanctae mem. Joannes de Turrecremata card. s. Sisti vulg. nuncup., cujus anima propter suam singularissimam doctrinam et optimam vitam in pace quiescat. L. c. 283

Oct. 8 Gabrieli Rovira clerico s. collegii, cum (ego Jeronimus Junius alter clericus ipsius collegii) essem Floren(tiae), cardinalis Rothomagensis, ejusdem collegii camerarius, retulit, quod Jo. tit. s. Martini in mont. card. Albiensis, qui ivit in Galliam pro suis negotiis particularibus et usque ad diem 1 Oct. participavit, ab illa die in antea participare non debeat. L. c. 284

juravi in manibus ipsius domini G. secundum constitutiones ipsius s. collegii in praesentia dom. Gabrielis Rovira alterius clerici. De quibus rogatus fuit dom. Joannes Fortini notarius camerae apost. Die autem Mercurii 27 mensis Aprilis protonotarius de Albergatis vicecamerarius et episcopus Feltrensis ac clerici camerae apost. unanimiter admiserunt me Jeronium Junium clericum s. collegii, in camera apost. recipientes me ad osculum pacis, et assignaverunt mihi locum in signum traditae possessionis dicti clericatus; de quibus rogatus fuit idem Joannes Fortini notarius ipsius camerae.

Oct. 14 S. P. in consistorio secreto absolvit Bessarionem ep. Tusculan. et transtulit eum ad ecclesiam Sabinen. vac. per obitum Joannis card. s. Sisti vulg. nuncup., Latinum autem card. de Ursinis absolvit ab eccl. Albanen. et transtulit eum ad eccl. Tusculan. vac. per transl. ut supra, et de ecclesia Albanen. sic vacanti providit Philippo tit. s. Laur. in Luc. card. Bononiensi. L. c. f. 39. 285

Oct. 15 retulit card. Rothomag., s. collegii camerarius, G(abrieli) Rovira (ipsius collegii clerico), quod (Lud.) Jo. tit. ss. IV Coron., qui non rediit die 1 Oct. (v. supra n. 280), cessat participare. L. c. 286

1469.

Jan. 11 domini card. elegerunt in camerarium s. collegii Jo(annem) ep. Sabinen. (Portuen.!) juxta formam constitutionum ipsius collegii, qui eadem die recepit sigillum a card. Rothomag., camerario praeterito. L. c. 287

Maii 5 die Veneris mihi Jeronimo s. collegii clerico retulit Jo. ep. Portuen., ipsius collegii camerarius, quod Jo(annes) card. s. Mariae in porticu, qui heri recessit ab Urbe iturus Perusium, debeat participare de omnibus comm. et min. serv. usque ad diem 1 Oct. proxime fut. L. c. f. 40. 288

Apr. 14 (*12*?) die Veneris Petrus tit. s. Vitalis presb. card. Augustensis vulg. nuncup. diem clausit extremum in civ. Augusten., sicut retulit mihi Joannes Hoelker canon. Augusten., qui expeditionem dictae ecclesiae pro novo episcopo (Augusten.) sollicitabat; ejus exequiae a S. P. et card. 30 Maii 1469 in palatio solemniter factae fuerunt. L. c. 289

Maii 20 Jo. card. s. Angeli (s. collegii camerarius) retulit mihi Jeronimo (ipsius coll. clerico), fuisse deliberatum in consistorio per omnes card., quod card. Nicaenus, qui de proximo erat discessurus de Urbe iturus ad balnea Viterbii, debeat participare usque ad 1 Oct. 1469, ac si esset praesens; recessit die 24 Maii 1469. L. c. 290

Junii 2 Joannes card. s. Angeli, s. collegii camerarius, retulit mihi Jeronimo (ipsius coll. clerico), quod A. card. Avinionensis, qui ex deliberatione s. collegii habuerat absentiam et gratiam participandi de comm. et min. serv. per annum integrum, finitum die 1 Jun. 1469, ulterius non participat de promotionibus fiendis, quia ibi (in Gallia) moratur pro suis propriis negotiis. L. c. 291

Dec. 6 die Mercurii de sero circa primam horam noctis obiit Romae Joannes ep. Portuen. card. s. Angeli vulg. nuncup., camerarius s. collegii, cujus anima per Dei misericordiam propter sua infinita benemerita requiescat in pace. L. c. 292

Dec. 13 qua die fuit primum consistorium post obitum cardinalis s. Angeli, domini cardinales elegerunt in camerarium s. collegii Latinum ep. Tusculanum iuxta formam constitutionum ipsius s. collegii, qui eadem die recepit sigillum a card. Nicaeno, cui ego (Jeronimus Junius d. collegii clericus) illud tradideram in obitu ipsius card. s. Angeli, tunc camerarii. L. c. 293

1470.

Jan. 8 S. P. in consistorio secreto creavit legatum de latere in civ. Perusina B. presb. card. s. Clementis Ravennatensem vulg. nuncup., qui fuit associatus per omnes card. de s. Petro, ubi residebat idem S. P., usque ad domum suam, sicut moris est. L. c. 294

Jan. 26 idem card. Ravennatensis recessit ab Urbe iturus versus legationem Perusii per portam s. Mariae in Populo, associatus a card. Rothomagen. et Senen., qui in absentia sua, ut eadem die L. ep. Tusculan., camerarius s. collegii, mihi dixit, de comm. et min. serv. in futurum nihil debet participare, sicut dispositum est per statuta collegii de legatis a latere.*) L. c. Arm. XXXI, 52 f. 41. 295

Maii 19 L. card. de Ursinis, camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo clerico ipsius collegii, quod domini card., qui ab Urbe discesserant usque in praesentem diem ituri ad balnea, vel qui velint ab Urbe discedere ob aeris intemperiem, usque ad primum diem Oct. debeant participare; et ideo T. card. de Monteferrato, qui die 1 Maii discesserat et ivit ad balnea s. Philippi, debet participare; idem de R. card. vicecancellario et de aliis, qui in futurum recederent. L. c. 295

Aug. 17 S. P. providit ecclesiae Portuen. vac. per obitum cardinalis s. Angeli de persona Riccardi card. s. Eusebii Constantiensis nuncup. L. c. 297

Aug. 19 die Dominica de mane hora 10 obiit Sutrii Riccardus ep. Portuen. card. Constantien. nuncup., qui ibi tunc morabatur propter aeris intemperiem, cujus anima ob suam bonitatem requiescat in pace; et die Lunae portatum fuit corpus de Sutrio Romam et factae exequiae consuetae in s. Petro, ubi corpus est conditum. L. c. 298

Sept. 5 S. P. mutavit titulum O. card. Neapolitani vulg. nuncup., qui tunc habuit tit. ss. Petri et Marcellini, et dedit ei tit. s. Eusebii, qui fuerat tit. b. m. cardinalis Constantien. (v. supra n. 297 et 298). L. c. 299

1471.

Jan. 19 qua die fuit primum consistorium post Epiphaniam, F. (Philippus) ep. Albanensis card. Bononiensis vulg. nuncup. fuit electus in camerarium s. collegii juxta etc., et La(tinus) ep. Tusculan. olim camerarius ei tradidit sigillum et libros, ut moris est. L. c. 300

Febr. 18 S. P. apud s. Marcum in consistorio secreto creavit legatos de latere F. s. Eustachii diac. card. in Alamanniam et F. s. Mariae novae diac. in civ. Bononiae, qui post consistorium fuerunt associati per omnes card. de s. Marco usque ad domos suas. L. c. 301

Mart. 18 die Lunae F. s. Eustachii diac. card. Senensis nuncup. legatus in Alamanniam recessit ab Urbe per portam palatii, associatus per omnes card., ut moris est, et participat durante legatione, ac si esset praesens, sicut referente mihi F. card. Bononiensi, s. collegii camerario, fuit deliberatum die 4 Martii in consistorio apud s. Petrum per omnes card. L. c. f. 42. 302

Junii 9 die Dominico F. ep. Albanen. card. Bononiensis nuncup., camerarius s. collegii, retulit mihi, quod tam card. Papiensis, qui ivit versus Senas, quam card. Montisferrati, qui ivit ad balnea, participare debent; et ita de aliis card., qui recederent ob aeris intemperiem usque ad 1 Oct., ut moris est. L. c. 303

Julii 5 F. s. Mariae novae diac. card. Mantuanus nuncup. recessit ab Urbe iturus in suam legationem Bononiae et exivit per portam prope palatium, associatus per omnes card., ut moris est, et ab ista die in antea non participat.*) 304

(*a. Febr. 22*) obitus cardinalis Colocensis in Ungaria. L. c. 305

Julii 26 quae fuit dies Veneris, circa secundam horam noctis Paulus papa II diem clausit extremum pontif. sui a. VII, cujus anima requiescat in pace. L. c. 306

Aug. 30 S. P. (Sixtus IV) in suo consistorio secreto absolvit Phi(lippum) (card. Bonon.) ep. Albanen. a vinculo, quo ipsi ecclesiae Albanen. tenebatur, et transtulit eum ad eccl. Portuen. vac. per obitum Jo(annis) card. s. Angeli nuncup. (vel potius Ricardi card. Constantien.) et de ecclesia Albanen. vac. per illam transl. providit Ro(derico) tunc s. Nicolai in carcere diac. card. Vicecancellario nuncup., praeficiendo eum in eadem eccl. in episcopum et pastorem, qui deinde associatus fuit per omnes card. usque ad domum suam, ut est moris. L. c. f. 43. 307

Sept. 13 S. P. in suo consistorio secreto, ut moris est, creavit legatum de latere Ja(cobum) tit. s. Chrysogoni presb. card. Papiensem nuncup. in civ. Perusii, et post consistorium fuit associatus per omnes card. de s. Petro, ubi creatus fuit legatus, usque ad domum suam, ut moris est. L. c. 308

Sept. 23 Ja. tit. s. Chrysogoni presb. card. Papien. nuncup. recessit ab Urbe per portam s. Mariae de Populo et ivit in suam legationem in Perusium; et dicta die cardinalis Bononiensis (camerarius collegii) mihi dixit, quod ab hac die non participat de communibus et minutis servitiis, ut disponitur per statuta s. collegii. L. c. 309

Oct. 24 B. tit. s. Clementis presb. card. Ravennatensis nuncup. recessit ab Urbe per portam s. Mariae de Populo iturus in suam legationem in marchiam (Ancon.) et ab ista die in antea non participat etc. L. c. 310

Dec. 22 S. P. in consistorio suo secreto creavit quinque legatos de latere cardinales per universas provincias et regna mundi ad requirendos reges, principes et alios christianos ad defensionem fidei cath. contra nefandissimum Teucrum, qui nomini Jesu infensus est, videl. dominum Nicaenum apud regem Franciae, ducem Burgundiae et regem Angliae, dom. Vicecancellarium apud regem Hispaniae et alios, dom. s. Crucis apud principes et dominia Italiae, dom. s. Marci apud imperatorem et regnum Hungariae et alios, dom. Neapolitanum apud regem Ferdinandum et per mare. L. c. f. 44. 311

Dec. 27 F. diaconus card. s. Eustachii Senensis vulg. nuncup. rediit de sua legatione ex Germania seu ab Imperatore et intravit per portam s. Mariae de Populo, associatus per omnes card. usque ad palatium s. Petri, et ibi in consistorio gen. fuit receptus per S. P. et continuavit participare etc. L. c. 312

1472.

Jan. 8 in consistorio secreto, quod fuit primum consistorium post festa, fuit creatus camerarius s. collegii R. ep. Albanensis S. R. E. card. Vicecancellarius nuncup., et dominus Bononiensis tunc camerarius assignavit ei sigillum, et fuit admissus per omnes alios revmos dominos. L. c. f. 45. 313

---

*) Qui (de obitu Pauli II certior factus) rediit in Urbem, quam die Jovis 1 Aug. 1471 ingressus est per portam s. Mariae de Populo, descendens in domum suam.

*) Qui (de obitu Pauli II certior factus) rediit in Urbem, quam 4 Aug. 1471 ingressus est per portam . . . et descendit in domum suam. L. c.

Febr. 21 die Veneris M. tit. s. Marci presb. card. Aquilegiensis nuncup. recessit ab Urbe legatus in Alamanniam, associatus de palatio usque ad portam s. Mariae de Populo per omnes card., ubi ea nocte dormivit et die Sabbati sequenti discessit. L. c. (Arm. XXXI, 52 f. 45). 314

Febr. 22 die Sabb. Ja. card. Papiensis intravit Urbem veniens de sua legatione de Perusio et ab ea die incepit participare etc. L. c. 315

Febr. 23 die Dom. R. ep. Albanen. Vicecancellarius nuncup., camerarius collegii, retulit mihi, qualiter cardinalis s. Marci legatus in Alamaniam participare debet de omnibus comm. et min. serv. durante dicta sua legatione in Alamaniam, ac si praesens foret, et in omnibus admitti etc. L. c. 316

Apr. 20 die Lunae B. ep. Sabinen. S. R. E. card. Nicaenus nuncup. recessit ab Urbe legatus in Franciam, associatus de palatio per omnes card. usque ad portam s. Mariae de Populo, et continuat participare de comm. et min. serv. durante dicta legatione, ut retulit mihi idem dominus camerarius ex deliberatione omnium card. in consistorio facta. L. c. 317

Maii 15 die Veneris, qua die fuit consistorium propter recessum domini Vicecancellarii, camerarii collegii, idem R. ep. Albanensis de unanimi consensu omnium card. assignavit sigillum G. episcopo Ostien., qui pro residuo praesentis anni fuit deputatus camerarius. — Eadem die post consistorium dem R. ep. Albanensis Vicecancellarius nuncup. recessit de palatio associatus per omnes card. ad pontem s. Mariae apud vineam domini Rothomagensis, ubi fuit prandium, et postea eadem die discessit ab Urbe et ivit Ostiam, ubi accepit iter per mare versus Cataloniam et Hispaniam, ubi fuerat deputatus legatus de latere, et continuat participare sicut ceteri legati durante dicta sua legatione. L. c. 318

Maii 28 die Jovis Oliverius tit. s. Eusebii presb. card. Neapolitanus vulg. nuncup. hora Vesperorum recessit de palatio s. Petri, associatus per omnes card. usque ad galeas, quae erant apud s. Paulum, quo etiam ivit S. P. et benedixit galeas, et ea nocte inde recessit idem card. versus Neapolim legatus iturus in classem christianorum contra nef. Turcum, et continuat participare etc. L. c. 319

Julii 11 die Sabbati F. s. Mariae novae diac. card. Mantuanus vulg. nuncup. recessit ab Urbe rediens in suam legationem Bononien. et ab ista die in antea non participat, ut retulit mihi card. Rothomagensis, camerarius collegii. L. c. 320

Julii 28 die Lunae Ja. card. Papiensis resignavit legationi seu officio legationis Perusinae in manibus S. P.; qui illam admisit et scripsit brevia illis, qui gubernabant nomine ejusdem domini Papiensis, ut regerent et gubernarent auctoritate sua et sedis apost., donec ipse S. P. provideret de novo legato. L. c. 321

Oct. 12 die Lunae G. ep. Ostiensis S. R. E. card. Rothomagensis vulg. nuncup. fuit electus in legatum in Gallias et associatus fuit, ut moris est, per omnes card. de palatio s. Petri usque ad domum suam. L. c. 322

Oct. 20 A. ep. Praenestinus S. R. E. card. Avinionensis vulg. nuncup. ingressus est Urbem, rediens de partibus Galliae, et fuit associatus per omnes card. a domo, quae dicitur Thomasi de Spinellis, usque ad domum suam, et ab illa die incepit participare. L. c. 323

Oct. 21 retulit domino Gabrieli (s. collegii clerico) dominus Rothomagensis, s. collegii camerarius, quod, quamdiu dominus Papiensis fuerit absens ab Urbe ad tractandam concordiam de confinibus inter Florentinos et Senenses, debeat participare, non obstante, quod in festo omnium sanctorum non fuerit regressus in Urbem. L. c. f.46. 324

Nov. 18 die Mercurii B. ep. Sabinensis S. R. E. card. Nicaenus nuncup., rediens ex sua legatione ex Gallia, in civ. Ravennae diem clausit extremum, cujus anima requiescat in pace; cujus corpus delatum fuit Romam die Jovis 3 mensis Dec. ejusdem anni et deinde die Jovis 10 dicti mensis in eccl. ss. Apostolorum, ubi sepultum fuit corpus ejus, inceptae fuerunt exequiae, ad quas S. P. associatus ab omnibus card. accessit, et episcopus Firmanus habuit orationem funebrem de ejus laudibus. L. c. 325

Dec. 11 die Veneris S. P. absolvit A. episcopum Paenestrin. card. Avinionensem a vinculo, quo eidem ecclesiae tenebatur, et transtulit eum ad eccl. Sabinen. vac. per obitum B. card. Nicaeni, ecclesiae autem Paenestrin. vac. per illam transl. providit de persona A. cardinalis s. Crucis vulg. nuncup. L. c. 326

1473.

Jan. 23 die Sabb. O. card. Neapolitanus rediens de legatione sua navali contra Teucrum ingressus est Urbem per portam s. Joannis Lateran. et associatus per omnes card. usque ad palatium s. Petri, ubi per S. P. receptus fuit in consistorio, ut moris est; deinde associatus fuit per eosdem card. usque ad domum suam et continuat participare. L. c. 327

Julii 19 die Lunae S. P. recessit ab Urbe vadens Tiburem, ut fugiat aerem Romanum, associatus per 10 card., ut moris est, et exivit per portam Nomentanam. L. c. f. 47. 328

Sept. 13 die Lunae S. P. regressus est in Urbem veniens de Tibure, ubi fuerat ad fugiendum aerem Romanum, et venit associatus per 9 card. et fecit viam per Transtiberim ad palatium s. Petri. L. c. 329

Oct. 24 die Dominico R. ep. Albanen. card. Valentinensis Vicecancellarius nuncup., rediens de sua legatione de Catalonia et Hispania, intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo, ubi hospitatus est ea nocte; die Lunae 25 intravit Urbem vadens ad palatium associatus per omnes card., ubi fuit receptus per S. P. in consistorio publico et continuat participare. L. c. 330

Oct. 28 B. tit. s. Clementis presb. card. Ravennatensis vulg. nuncup., rediens de sua legatione ex Marchia, intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo, ubi ea nocte hospitatus est; deinde sequ. die associatus per omnes card. ivit ad palatium s. Petri et ibi receptus fuit per S. P. in consistorio publico, ut moris est, et de promotionibus ea die factis vel fiendis participat in antea ut ceteri card. L. c. 31

Nov. 3 die Mercurii Ju. tit. s. Petri ad vinc. presb. card. in consistorio secreto, ut moris est, fuit creatus legatus in Marchiam et de palatio s. Petri, ubi electus fuerat, fuit associatus per omnes card. usque ad palatium s. Petri ad vinc., ubi erat prandium. L. c. f. 48. 332

Nov. 10 dominus Rothomagensis, gerens officium cameriatus s. collegii, retulit mihi, qualiter ea die fuit deliberatum per omnes card. praesentes in consistorio, quod cardinales Paenestrinus, Thiannensis et Papiensis, qui absentes erant ab Urbe — Paenestrinus et Thiannensis ob

infirmitatem et Papiensis ob ardua negotia —, participant de promotionibus factis et fiendis usque ad festa Nativ. D. N. Arm. l. c. f. 48. 333

Nov. 17 A. ep. Paenestrinus revenit in Urbem de ecclesia sua Firmana et continuat participare. L. c. 334

Nov. 21 die Dominica Ja. card. Papiensis reversus est in Urbem et continuat participare. L. c. 335

Nov. 24 Joannes tit. ss. Nerei et Ach. presb. card. Novariensis vulg. nuncup. ingressus est Urbem per portam s. Mariae de Populo, unde associatus fuit per omnes card. usque ad palatium s. Petri, ubi per S. P. in consistorio publico fuit receptus, et alia servata, quae solent. L. c. 336

Nov. 25 die Jovis F. s. Mariae novae diac. card. Mantuanus vulg. nuncup. intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo veniens de Bononia, ubi est legatus, et ab ista die in antea participat etc. L. c. 337

Dec. 10 die Veneris S. P. in suo consistorio secreto apud s. Petrum, ut moris est, ante consistorium aperuit os Joanni card. Novariensi, et participare debet de promotionibus factis ea die et de fiendis in futurum. L. c. 338

Dec. 7 die Martis venerunt litterae de Lundonio sive de Turonensi civ., quod Jo. tit. s. Martini in mont. presb. card. Albiensis diem clausit supremum apud oppidum..., cujus anima requiescat in pace. L. c. 339

Dec. 21 die Martis N. s. Caeciliae presb. card. Teanen. nuncup. diem clausit extremum in civ. Viterbii, cujus corpus fuit delatum Romam die Veneris prox. sequ. et portatum in ecclesiam s. Caeciliae et ibi reconditum; et ejus exequiae ibidem fuerunt coeptae celebrari die Jovis 30. Dec., cujus anima requiescat in pace. L. c. 340

1474.

Jan. 5 die Mercurii Romae apud ecclesiam ss. Apostolorum Pe(trus) tit. s. Sixti presb. card., Constantinop. patriarcha, diem clausit extremum et ea die apud dictam eccl. corpus ejus fuit reconditum et ejus exequiae inceptae celebrari die Martis 18 Jan., cujus anima r. i. p. L. c. f. 49. 341

Jan. 24 die Lunae B. tit. s. Sabinae presb. card. Spoletanus vulg. nuncup. fuit electus et assumptus in camerarium s. collegii juxta formam constitutionum ipsius s. collegii et datum ei sigillium per S. P., ut moris est. L. c. 342

Maii 3 die Martis hora 4 noctis Romae in domo habitationis suae in Campo florum A. ep. Sabinen. S. R. E. card. Avinionensis diem clausit extremum et die 4 ejus corpus deletum fuit ad ecclesiam s. Praxedis, ubi die Sabb. 7 Maii exequiae inceptae fuerunt; cujus a. r. i. p. — L. c. 343

Maii 23 die Lunae S. P. in consistorio secreto apud s. Petrum motu proprio providit ecclesiae Sabinen. vac. per ob. A. card. Avinionensis de persona B. tit. s. Sabinae card. Spoletani nuncup. et creavit eum episcopum card. L. c. 344

Oct. 26 die Mercurii M. tit. s. Marci presb. card. Aquilegiensis nuncup., rediens de sua legatione ex partibus Alamaniae, introivit in Urbem per portam s. Mariae de Populo, unde associatus fuit per omnes card. usque ad palatium s. Petri, ubi per S. P. receptus fuit in consistorio publico, ut moris est, et postea associatus ad domum suam apud s. Marcum, et continuat participare. L. c. 345

1475.

Jan. 12 die Veneris B. tit. s. Clementis presb. card. (Ravennatensis) in consistorio, ut moris est, fuit electus et assumptus in camerarium s. collegii et traditum ei sigillum, et juravit, ut moris est, sec. formam constitutionum. L. c. 346

Nov. 11 die Sabbati Philippus tit. ss. Marcellini et Petri presb. card. Arelatensis vulg. nuncup. Romae diem clausit supremum et die Dominico sequ. fuit portatum corpus ejus ad ecclesiam s. Mariae maj. et ibidem sequ. die Veneris fuerunt principiatae exequiae; cujus a. r. i. p. — L. c. 347

1476.

Jan. 10 die Mercurii Ja. tit. s. Chrysogoni presb. card. Papiensis in consistorio secreto electus fuit camerarius s. collegii et quia non fuit ea die in consistorio, B. tit. s. Clementis presb. card., qui officium camerariatus finiverat, de mandato S. P. misit sigillum ad domum dicti card. in signum officii camerariatus. L. c. f. 50. 348

Maii 3 die Veneris Bartholomaeus tit. s. Clementis olim Ravennatensis nuncup. Romae diem clausit extremum, et die dicta post prandium fuit portatum corpus ejus ad ecclesiam s. Clementis et ibidem fuit repositum et die Jovis sequ. fuerunt inceptae exequiae, cujus a. r. i. p. — L. c. 349

Maii 31 die Veneris Ja. card. Papiensis recessit ab Urbe et quia erat camerarius collegii, dimisit sigillum Joanni card. Novariensi, ut exerceret officium tamquam camerarius dicti collegii. L. c. 350

Maii 3 die Veneris card. Papiensis mihi Jeronimo retulit, deliberatum fuisse in consistorio per omnes card. ibidem praesentes, quod Ju. card. s. Petri ad vinc., qui die . . . Febr. proxime praeteriti iverat legatus in Franciam, participaret a die recessus sui usque ad reditum, ac si praesens foret. L. c. 251

Junii 10 die Lunae S. P. recessit ab Urbe ob timorem pestis, dirigens gressus suos versus Viterbium, et quia pestis jam ibidem inceperat, eadem die ivit Campanianum, associatus a 6 card. deputatis, videl. Rothomagensi, Vicecancellario, Neapolitano, Mediolanensi, Mantuano et s. Angeli, et deinde accessit Vetrallam et per loca vicina, associatus ab eisdem card. usque diem Sabb. 29 Junii; qua die intravit Ameriam et successive ibi fuit cum praedictis card. et aliis usque ad diem Jovis 18 Julii, qua die venit Narniam et successive die 21 Aug. ivit ad Aquamspartam et die 22 . . . et die 23 ad Assisium, ubi fuit usque ad diem 27 Aug., qua die cum dictis card. et aliis et curia venit Fulgineum. L. c. 352

Julii 22 die Jovis (?) Phi. ep. Portuen. card. Bononiensis nuncup. apud Balneoregium, ubi erat hospitatus, ut sequeretur Summum Pont., diem vitae suae clausit extremum; cujus a. r. i. p., quia optimus pater.*) L. c. 353

Julii 24 S. P. in consistorio Narniae motu proprio absolvit R. Vicecancellarium a vinculo, quo tenebatur ecclesiae Albanen., et eundem transtulit ad eccl. Portuen. vac. per ob. Phi. card. Bononiensis, ultimi illius eccl.

*) Dies 22 Julii a. 1476 non in diem Jovis, sed in diem Lunae incidit, quare ille card. die Jovis 18 Julii obiisse et nuntius de ejus obitu die 22 Julii ad locum inter Aquam spartam et Assisium situm, a Balneoregio (Bagnorea) itinere saltem 2 dierum distantem, ubi tunc S. P. degebat, allatus esse videtur: id quod eo magis verisimile est, quod jam die 24 Julii ad episcopatum Portuensem, quem cardinalis defunctus possidebat, alius card. transfertur.

episcopi; ecclesiae autem Alban. vac. per illam transl. providit de persona Oli(verii) tit. s. Eusebii presb. card., creando eum episcopum card. Arm. XXXI, 52 f. 50. 354

Oct. 4 die Veneris Ju. card. s. Petri ad vinc. Avinionensis nuncup., rediens ex sua legatione de Francia, introivit Fulgineum, ubi S. P. cum curia sua tunc residebat, et associatus fuit per 11 card. usque ad palatium, ubi S. P. in publico consistorio ipsum recepit. L. c. 355

Oct. 7 die Lunae S. P. recessit de Fulgineo dirigens gressus suos versus Urbem, associatus per 12 card., et de nocte dormivit apud Spoletum; deinde die 8 ivit ad Pedelucum, ubi mansit duobus diebus; die 10 ivit Reate, ubi stetit novem diebus; die 19 ivit ad Podium s. Laurentii, die 21 ad Montem Lebete, die 22 ad Nomentanum, die 23 Oct. introivit Urbem. 356

Nov. 9 Amicus card. s. Mariae in Transtiberim Aquilanus vulg. nuncup. in civ. Aquilae diem clausit extremum, cujus a. r. i. p. L. c. f. 51. 357

1477.

Jan. 1 die Mercurii S. P. in suo consilio apud s. Petrum habito creavit unacum dominis card. legatum de latere apud Mediolanum et in partibus Lombardiae Joannem tit. s. Sixti (!) presb. card. Urbinatensem vulg. nuncup. cum plenissima potestate, qui associatus fuit per omnes card. usque ad domum habitationis suae, ut moris est. L. c. 358

Jan. 15 die Mercurii S. P. in suo consistorio secreto de consensu dominorum card. creavit legatum de latere in Perusio Joannem tit. s. Praxedis presb. card. Novariensem vulg. nuncup. cum plenissima potestate; qui etc. ut supra. L. c. 359

Jan. 15 in eodem consistorio Oliverius ep. Albanen. S. R. E. card. Neapolitanus vulg. nuncup. fuit electus camerarius s. collegii et per manus S. P. recepit sigillum in signum camerariatus, quod eadem die card. Papiensis restituit; et fuerunt servata ea, quae consueverunt fieri in electione camerariorum. L. c. 360

Jan. 27 J. tit. s. Sixti (!) presb. card. Urbinatensis vulg. nuncup. post finem secreti consistorii habiti apud s. Petrum discessit ab Urbe dirigens gressus suos versus Mediolanum in suam legationem, associatus per omnes card. usque extra portam palatii, et ea nocte hospitatus fuit apud Crucem Montis Marii. L. c. 361

Jan. 31 die Veneris card. Neapolitanus (camerarius s. collegii) retulit mihi, deliberatum fuisse in consistorio eadem die habito, quod Jo. tit. ss. Nerei el Achillei presb. card. Urbinatensis a die recessus sui in suam legationem in Lombardia in antea non participat, secundum quod disponunt statuta collegii. L. c. 362

Febr. 7 die Veneris Jo. tit. s. Praxedis presb. card. Novariensis vulg. nuncup. in consistorio secreto, ut moris est, per S. P. et dominos card. fuit creatus legatus de latere in Ungariam, Germaniam, Boemiam et partes adjacentes cum plenissima potestate; et deinde associatus fuit per eosdem card. usque ad domum habitationis suae. L. c. f. 52. 363

Maii 9 die Veneris Jo. tit. ss. Nerei et Ach. card. Urbinatensis vulg. nuncup. rediens de sua legatione ex Mediolano intravit Urbem, associatus ab omnibus card., ut moris est, et deinde receptus fuit in consistorio publico per S. P., et ab ista die in antea reincepit participare. L. c. 364

Junii 9 die Lunae (Baptista) tit. s. Anastasiae presb. (olim s. Mariae in porticu diac.) card. Vicentinus nuncup. in consistorio secreto apud s. Petrum fuit creatus legatus de latere ad Venetias. L. c. 365

Junii 25 die Mercurii Ro. ep. Portuen. S. R. E. card. Vicecancellarius vulg. nuncup. in consistorio secreto, ut moris est, creatus fuit legatus de latere in Neapolim et circumstantes partes ad coronandam novam reginam, uxorem Ferdinandi regis, et deinde associatus per omnes card., ut moris est, ad domum habitationis suae. L. c. 366

Aug. 11 Latinus ep. Tusculan. S. R. E. card. de Ursinis vulg. nuncup., S. P. camerarius, diem clausit extremum et sepultus in ecclesia seu monasterio s. Salvatoris de Lauro de Urbe per eum a fundamentis constructo et dotato, in quo posuit canonicos regulares congreg. s. Georgii de Alliga (!) de Venetia; cujus a. r. i. p. — L. c. 367

Aug. 16 S. P. transtulit Ja. tit. s. Chrysogoni presb. card. Papiensem nuncup. ad eccl. Tusculan. vac. per ob. Latini card. de Ursinis. L. c. 368

Aug. 17 Eadem die Phi. card. Matisconensis nuncup., qui tunc habebat tit. s. Luciae in Silice, fuit translatus ad tit. ss. Joannis et Pauli vac. per ob. L. card. de Ursinis, qui ipsum tit. habuerat, quando erat presb. card. L. c. 369

Aug. 22 R. ep. Portuen. S. R. E. card. Vicecancellarius nuncupatus recessit de Urbe versus Neapolim legatus de latere ad coronandam reginam seu uxorem regis Ferdinandi et continuat participare, sicut retulit domino G. Rovira, socio meo, dominus Neapolitanus, camerarius. L. c. 370

Aug. 22 B. tit. s. Anastasiae presb. card. alias s. Mariae in porticu nuncup., legatus de latere apud Venetias et Vicen(tiam), recessit de Urbe in dictam legationem, associatus per omnes card., ut moris est. L. c. 371

Oct. 4 R. ep. Portuen. S. R. E. card. Vicecancellarius nuncup. rediit de Neapoli de sua legatione, in quam iverat ad coronandam reginam. L. c. 372

Oct. 30 card. Neapolitanus, camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo, deliberatum esse in consistorio per omnes card., quod Ja. ep. Tusculan. card. Papiensis nuncup. per totum mensem Nov. prox. fut. participaret non obstante absentia sua, B. autem tit. s. Anastasiae presb. card. legatus de latere in Venetias a prima die Nov. prox. fut. non participaret, quia est legatus de latere, juxta formam statutorum s. collegii. L. c. 373

Dec. 18 die Jovis Baptista tit. s. Anastasiae presb. card. Vicentinus nuncup. rediit in Urbem de sua legatione in Venetias et intravit per portam s. Mariae de Populo, unde associatus fuit per omnes card. usque ad palatium s. Petri et ibidem receptus fuit per S. P. in consistorio publico, ut moris est. L. c. f. 53. 374

Dec. 21 die Dominica card. Neapolitanus, camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo, deliberatum fuisse per omnes card., qui interfuerunt missae in capella palatii s. Petri, quod B. card. s. Anastasiae, qui fuerat absens in sua legatione, participaret non obst. ejus absentia. L. c. 375

1478.

Jan. 9 die Veneris, qua die fuit primum consistorium post Nativ. D. N., M(arcus) tit. s. Marci presb. card. „Aquilegiensis“ vulg. nuncup. fuit electus camerarius s. collegii, qui recepit sigillum per manus S. P., prout est moris, in signum camerariatus, quod reportaverat card. Neapolitanus, camerarius anni praeteriti. L. c. f. 54. 376

Jan. 9 Eadem die S. P. aperuit os Chri(stophoro) tit. s. Vitalis presb. card. Tarentasiensi, et ab ista die in antea debet participare; ita retulerunt mihi Jeronimo domini Neapolitanus et Aquilegiensis camerarii post finitum consistorium, licet esset absens, quia erat in domo infirmus. L. c. (Arm. XXXI, 52 f. 54). *) 377

Jan. 9 die Veneris retulit mihi Jeronimo Marcus tit. s. Marci card. Aquilegiensis, camerarius s. collegii, in consistorio eadem die facto deliberatum fuisse per omnes card., quod Jo. tit. ss. Nerei et Achillei presb. card. Urbinatensis nuncup., qui die 27 Jan. anni praeteriti iverat Mediolanum in legationem et non participaverat durante dicta legatione juxta formam statutorum, deberet participare, ac si praesens fuisset, et propterea in futuris divisionibus debeat detrahi de portionibus omnium card. usque ad summam, quam participasset, si praesens fuisset, et eidem card. Urbinatensi in compensationem dari. L. c. 378

Febr. 1 die Dominico circa tertiam horam noctis Christophorus tit. s. Vitalis presb. card. Tarentasiensis nuncup. Romae diem clausit extremum et sequenti die post prandium corpus ejus delatum fuit ad eccl. s. Mariae de Populo, ubi elegerat sepulturam; et die Lunae 9 Febr. inceptae fuerunt ejus exequiae, ubi interfuerunt omnes card., ut moris est; cujus a. r. i. p. — L. c. 379

Febr. 21 die Sabbati Jeronimus tit. s. Balbinae presb. card. Racanatensis vulg. nuncup., veniens de dicta sua ecclesia, intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo, ubi eadem nocte fuit hospitatus, et inde associatus fuit per omnes card. usque ad palatium s. Petri et ibidem in consistorio publico per S. P. fuit receptus ad osculum manus et pacis et similiter ad osculum per omnes card., ut moris est; et post finitum consistorium similiter associatus fuit per eosdem card. ad cameram suae habitationis in palatio, ubi continue residet. L. c. 380

Febr. 27 die Veneris S. P. in suo consistorio secreto aperuit os Dominico tit. s. Vitalis card. Tarentasiensi nuncup. et ab hac die in antea incipit participare et etiam de provisionibus eadem de factis, quia in principio consistorii sibi fuit os apertum. L. c. 381

Mart. 4 die Mercurii S. P. in suo consistorio secreto aperuit os Hieronymo tit. s. Balbinae presb. card. Racanatensi nuncup. et in eodem consistorio fuit deliberatum, quod tam idem dominus Racanatensis quam etiam D. tit. s. Vitalis participarent de provisionibus antea factis, in quibus erant praesentes in consistorio, non obstante, quod non habuissent apertum os. L. c. 382

Mart. 12 die Jovis P. de Foscaris tit. s. Nicolai inter imagines presb. card. intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo, ubi ea nocte hospitatus fuerat, et inde associatus fuit per omnes card. usque ad palatium; et ibidem per S. P. in suo consistorio publico receptus fuit et postmodum receptus ad osculum manus et pacis per eundem S. P. et similiter per omnes card., ut moris est; et post finitum consistorium associatus fuit ad domum suae habitationis prope b. Mariam in via lata. L. c. 383

Apr. 6 die Lunae S. P. in suo consistorio secreto aperuit os P(etro) de Foscaris presb. card. tit. s. Nicolai inter imagines et hoc in principio consistorii et propterea de provisionibus ea die factis participat et similiter de fiendis. L. c. 384

Junii 18 die Jovis F. s. Mariae novae diac. card. Mantuanus vulg. nuncup. recessit ab Urbe rediens ad civ. Bononiae; qui in antea non debet participare juxta formam statutorum s. collegii. L. c. f. 55. 385

Junii 20 die Sabbati Raphael de Riario s. Georgii ad vellus aureum diac. card. veniens de Floren(tia) intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo, cui obviam iverunt cardinales Palatini ultra pontem Milvium per unum miliare, et ingressa Urbe et facta oratione in dicta ecclesia s. Mariae fuit associatus ad domum comitis Jeronimi, ubi stetit usque ad diem Lunae 22 Junii; qua die de mane ivit ad ecclesiam s. Catharinae et inde per omnes card. associatus fuit usque ad palatium; et ibi per S. P. in consistorio publico fuit receptus ad osculum pedis, manus, oris, et similiter ab omnibus card. ad osculum oris, ut moris est; et propter suscipicionem pestis illico S. P. cum omnibus card. intraverunt consistorium secretum et apertum fuit praefato card. os, et ab illa die in antea incipit participare. L. c. 386

Junii 25 M. card. Aquilegiensis, camerarius collegii, recessit ab Urbe propter suspicionem pestis et dimisit sigillum collegii cardinali Tirasonensi, ut gereret officium camerariatus usque ad reditum. L. c. 387

Junii 26 R. diac. card. s. Georgii recessit ab Urbe et ivit in legationem suam in Perusium et ab illa die non participat, ut retulit card. Tirasonensis, locum tenens camerarii, Stephano socio meo, donec rediret, ut disponunt statuta s. collegii. L. c. 388

Julii 3 die Veneris Ang(elus) ep. Paenestrin. s. Crucis nuncup. Romae diem clausit extremum et eadem die fuit sepultum ejus corpus in eccl. b. Mariae de Minerva infra capellam; cujus a. r. i. p. Die Jovis 5 Nov. 1478 in eadem eccl. de Minerva fuerunt inceptae exequiae praefati card. per 9 dies, ut moris est. L. c. 389

Julii 6 die Lunae S. P. absolvit Petrum tit. s. Mariae in Dominica card. Hispalensem a vinculo, quo eidem ecclesiae tenebatur, et transtulit cum ad eccl. s. Crucis in Jerus., quam in commendam tenebat Angel(us) ep. Paenestrin. L.c. 390

Julii 11 die Sabbati S. P. ob suspicionem pestis recessit ab Urbe et ivit cum duobus card. ad castrum Brachiani. L. c. f. 55. 391

Julii 24 die Veneris Jo. tit. ss. Nerei et Achillei presb. card. (Urbinatensis) Romae in domo propria diem clausit extremum et eadem die ejus corpus sepultum fuit in eccl. s. Mariae de Populo, cujus a. r. i. p. L. c. 392

Sept. 17 die Jovis S. P. reversus est de Brachiano, ubi aufugerat propter pestem, in Urbem, associatus per dominos card., ut moris est. L. c. 393

Sept. 25 Pet(rus) tit. s. Sixti presb. card. Tirasonensis nuncup. Romae diem clausit extremum et eadem die corpus suum fuit delatum ad eccl. s. Mariae de Minerva,

*) Dicta die post finitum consistorium in camera papagali G. card. Rothomagensis in praesentia omnium card. retulit mihi Jeronimo decretum fuisse in consistorio, quod loco Gabrielis Rovira clerici s. collegii socii mei fuerit electus Stephanus de Burellis de Montepessulano et quod dominus Aquilegiensis nomine dicti collegii admitteret resignationem dicti Gabrielis et eligeret eundem Stephanum; et eadem die post prandium ego Jeronimus procurator dicti Gabrielis in domo domini Aquilegiensis et in manibus ejus resignavi dictum officium, quam resignationem idem dom. Aquileg. admisit et in continenti nomine collegii elegit eundem Stephanum.

et ejus exequiae postea celebrari inceptae sunt ibidem die . . . Nov. 1478, cujus a. r. i. p. (Arm. XXXI, 52 f. 55.) 394

Oct. 15 die Jovis Ra(phael) S. R. E. diac. card. s. Georgii rediit in Urbem de sua legatione de Perusio et ab ista die incepit participare. L. c. 395

Oct. 15 die Mercurii M. card. Aquilegiensis, camerarius s. collegii, rediit in Urbem et reassumpsit officium. L. c. 396

Nov. 6 S. P. providit ecclesiae Paenestrin. vac. per ob. Ang(eli) ep. card. de persona M. tit. s. Marci presb. card., creando eum episcopum card. L. c. 397

Dec. 16 in consistorio secreto nobilis vir Dominicus de Centurionibus de Janua, qui noviter ad Curiam venit ad ponendum et exercendum bancum in Rom. curia, per omnes card., qui in consistorio erant, in praesentia et de consensu S. P. fuit electus depositarius s. collegii; vacavit depositaria a mense Aug. citra, in quo tempore societas de Medicis, quae longissimo tempore tenuerat dictam depositariam, habuit mandatum a S. P. discedendi de Curia; et hoc medio tempore de consensu s. collegii societas de Spinellis gessit officium depositarii, cum qua fuerunt factae duae divisiones. L. c. 398

Dec. 19 die Sabbati Joannes de Aragonia s. Adriani diac. card., filius Ferdinandi regis (Siciliae), intravit Urbem per portam s. Joannis Laterani, et ipsa die fecit prandium apud s. Joannem Later. unacum pluribus card.; deinde facto prandio fuit associatus per omnes card. de ecclesia s. Joannis usque ad palatium s. Petri. L. c. 399

Dec. 23 die Mercurii S. P. in consistorio secreto, ut moris est, aperuit os Joanni de Aragonia s. Adriani diac. card., et ab illa die in antea et de provisionibus in eodem consistorio factis incepit participare. L. c. f. 57. 400

Dec. 26 card. Aquilegiensis camerarius retulit nobis clericis s. collegii, deliberatum fuisse in consistorio, quod Phi. tit. ss. Joannis et Pauli presb. card. Matisconensis nuncup., qui creatus jam diu fuerat legatus de latere in Viterbium et patrimonium b. Petri, tempore dictae legationis deberet participare, ac si praesens foret, non obstante dicta legatione. L. c. 401

1479.

Jan. 8 die Veneris Ju. tit. s. Petri ad vinc. presb. card. Avinionensis nuncup. fuit electus in camerarium s. collegii et habuit sigillum per manus S. P. in signum camerariatus unacum facultate censurarum etc., ut moris est; quod sigillum reportavit M. ep. Praenestin., camerarius praeteritus. L. c. 402

Apr. 2 die Veneris Bernardus ep. Sabinensis card. Spoletanus nuncup. Romae diem clausit extremum, cujus a. r. i. p.; cujus corpus reconditum fuit in eccl. s. Petri, et exequiae inceptae fuerunt ibidem die Martis 20 ejusdem mensis propter festa Resurr. D. N. — L. c. 403

Apr. 19 die Lunae S. P. Ju(lianum) tit. s. Petri ad vinc. presb. card. transtulit ad eccl. Sabinen. vac. per obitum B. card. Spoletani, creando eundem in episcopum card. L. c. 404

Apr. 19 S. P. creavit legatum de latere Jo(annem) de Aragonia s. Adriani diac. card. in partibus et ad regnum Hungariae, qui per omnes card. associatus fuit usque ad domum suae habitationis. L. c. 405

Apr. 21 die Mercurii S. P. creavit legatum de latere in partibus Alamanniae Au(xiam) tit. s. Sabinae card. Montisregalis, qui ipse et Jo. de Aragonia s. Adriani diac. card. tempore suarum legationum in Alamanniam et Hungariam participare debent. L. c. 406

Maii 14 die Veneris Ju. ep. Sabinen., camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo, deliberatum fuisse eadem die in consistorio per omnes card., quod A. tit. s. Sabinae presb. card. Montisregalis et Jo. de Aragonia s. Adriani diac. card. tempore suarum legationum in Alamanniam et Hungariam participare debent non obst. statut. s. collegii. L. c. 407

Maii 17 die Lunae Au(xias) card. Montisregalis post consistorium recessit ab Urb. vadans (!) in suam legationem in Alamanniam, associatus per omnes card. de palatio usque ad portam b. Mariae de Populo, unde exivit. L. c. 408

Aug. 3 die Martis Antonius tit. s. Clementis presb. card. Conchensis vulg. nuncup. in civ. Rachanatensi diem clausit extremum et die Jovis 12 dicti mensis corpus ejus delatum fuit in Urbem et reconditum in eccl. s. Clementis, ubi coeptae sunt exequiae de Lunae 6 Sept., cujus a. r. i. p. — L. c. 409

Aug. 13 die Veneris S. P. Dominico s. Vitalis card. Tarentasien. nuncup. dedit titulum s. Clementis vac. per ob. An(tonii) card. Conchensis nuncup. L. c. 410

Aug. 30 Jo. de Aragonia s. Adriani diac. card. recessit ab Urbe vadens in suam legationem in Ungariam et fuit associatus de palatio per omnes card. usque ad eccl. b. Mariae de Populo, ut moris est, et ibidem ea nocte hospitatus est; et sequenti die recessit et continuat participare ex gratia sibi facta per s. collegium ut supra. L. c. f. 58. 411

Sept. 10 Jacobus ep. Tusculan. card. Papiensis nuncup. diem clausit extremum in oppido s. Laurentii Allegrotte prope Vulsinum, cujus corpus delatum fuit in Urbem die Martis 14 ejusdem mensis et reconditum in eccl. s. Augustini, in qua coeptae sunt exequiae die . . .; cujus a. r. i. p. — L. c. 412

Sept. 17 die Veneris Jeronimus card. Recanatensis, qui habebat titulum s. Balbinae, translatus fuit ad tit. s. Chrysogoni vac. per obitum cardinalis Papiensis. L. c. 413

Oct. 8 die Veneris S. P. in suo consistorio secreto providit ecclesiae Tusculan. vac. per ob. card. Papiensis de persona Jo. Baptistae tit. s. Anastasiae presb. card. L. c. 414

Dec. 1 die Mercurii Ausias tit. s. Sabinae card. Montisregalis nuncup. rediens de sua legatione de Alamannia, introivit Urbem per portam b. Mariae de Populo, ubi praefata nocte hospitatus fuerat, et ab inde fuit associatus per omnes card. usque ad palatium s. Petri et ibidem in publico consistorio per S. P. receptus est etc., ut moris est; et deinde per eosdem card. associatus fuit usque ad domum suae habitationis. L. c. 415

Dec. 6 die Lunae Ga(briel) tit. ss. Sergii et Bacchi presb. card. Agriensis nuncup., veniens de Ungaria, introivit Urbem per portam b. Mariae de Populo, unde fuit associatus per omnes card. usque ad palatium s. Petri et ibidem in publico consistorio per S. P. receptus ad osculum manus et pedum et similiter per omnes card. ad osculum pacis; et similiter facta sunt alia consueta, ut moris est. L. c. 416

Dec. 10 die Veneris S. P. in consistorio secreto Ga(brieli) tit. ss. Sergii et Bacchi presb. card. Agriensi nuncup. os aperuit, et ab ista die in antea debet participare. L. c. 417

1480.

Jan. 7 die Veneris Baptista ep. Tusculan. card. s. Mariae in porticu nuncup. fuit electus in camerarium collegii in consistorio ea die facto, ut moris est, et per manus S. P. recepit sigillum collegii et potestatem censurarum, ut moris est; dictum sigillum reportaverat in consistorio card. Molfetanus, quia card. s. Petri ad vinc., camerarius praeteriti anni, non fuit in consistorio, quia non erat bene dispositus. (Arm. XXXI, 52 f. 59.) 418

Jan. 14 die Veneris S. P. in suo consistorio secreto creavit Joannem de Aragonia diac. card. s. Adriani in presb. card., et quia tit. s. Adriani, qui usque ad praesentem diem fuerat titulus diaconorum, dicto card. fuit reservatus, illum mutavit in tit. (s. Adriani) presb. card.; et hoc de consensu cardinalium. L. c. 419

Jan. 21 die Veneris Georgius Hesler tit. s. Luciae in silice presb. card. Hesler nuncup., veniens de Alamannia, intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo et deinde ab illo loco associatus fuit per omnes card. usque ad palatium s. Petri et ibidem per S. P. in publico consistorio receptus ad osculum pacis; et alia facta fuerunt, ut moris; et deinde fuit associatus per praefatos card. usque ad domum habitationis suae, ut moris est. L. c. 420

Jan. 28 die Veneris in consistorio secreto in ejus principio apertum os Georgio card. s. Luciae in silice; et deinceps debet participare etc. L. c. 421

Maii 1 die Lunae Georgius tit. s. Luciae in silice presb. card. Hesler vulg. nuncup. discessit ab Urbe, dirigens gressus suos versus Alamanniam; et die 3 ejusdem mensis B. ep. Tusculan. card. s. Mariae in porticu nuncup., camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo, quod deinceps idem card. Hesler non participaret. L. c. 422

Apr. 28 Ju. ep. Sabinen. card. s. Petri ad vinc. nuncup. creatus fuit legatus de latere in Franciam et post consistorium fuit associatus per omnes card. usque ad domum habitationis suae juxta sanctos apostolos. L. c. 423

Maii 11 card. s. Mariae in porticu, camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo, deliberatum fuisse per omnes card., quod Ju. ep. Sabinen. card. s. Petri ad vinc. nuncup., qui in regno Franciae creatus fuerat legatus de latere, et Phi. tit. ss. Joannis et Pauli card. Matisconensis nuncup., qui similiter in Franciam iturus est, tempore suae absentiae participare debent utpote gratiam huiusmodi a s. collegio habentes. L. c. 424

Maii 15 post prandium Phi. tit. ss. Joh. et Pauli card. Matisconensis nuncup. discessit ex Urbe, gressus suos dirigens versus Franciam, et continuat participare non obstante absentia, ex gratia sibi facta, ut supra notatum est. L. c. 425

Junii 9 finito consistorio Julianus ep. Sabinen. card. s. Petri ad vinc. recessit de Urbe per portam s. Mariae de Populo et ivit ad partes Galliae, et fuit associatus per omnes card. usque ad Populum, ut est moris. L. c. f. 60. 426

Junii 14 die Mercurii Georgius tit. ss. Petri et Marcellini presb. card. (Ulixbonensis) veniens de Portugallia intravit Urbem sine pompa, quia infirmus, et de nocte fuit portatus usque ad domum suae habitationis cum equis et cum cathedra Summi Pont. L. c. 427

Junii 16 die Veneris S. P. in consistorio secreto creavit legatum a latere Jo. Baptistam de Sabellis ss. Viti et Modesti diac. card. in civ. Perusina et ejus districtu, et finito consistorio fuit associatus per omnes card. usque ad domum habitationis suae, ut moris est. L. c. 428

Julii 3 die Lunae Joannes Jacobus de Scrofonatis (Sclafenatis, cfr. VII, 32) archipresb. eccl. ss. Celsi et Juliani de Urbe, S. P. cubicularius secretus, de mane in consistorio secreto, ut moris est, fuit electus per s. collegium in clericum et secretarium ipsius collegii loco Stephani de Burellis nuper in Urbe interfecti; et eadem die post prandium B. ep. Tusculan. card. s. Mariae in porticu vulg. nuncup., camerarius collegii, in domibus habitationis suae detulit eidem juramentum solitum de observandis statutis collegii, de quo rogatus fuit Baldasar . . ., secretarius ipsius card. L. c. 429

Julii 8 die Sabbati Georgius tit. ss. Marcellini et Petri card. Ulixbonensis nuncup., qui Urbem intraverat superioribus diebus et propter ejus infirmitatem non fuerat receptus per S. P., associatus per omnes card. de ecclesia s. Mariae de Populo in consistorio publico apud s. Petrum receptus fuit per S. P. ad osculum manus et oris et similiter per omnes card. ad osculum pacis; et alia facta sunt, ut moris est in receptione etc. L. c. 430

Julii 21 die Veneris idem S. P. in consistorio secreto apud s. Petrum aperuit os Georgio card. Ulixbonensi nuncup., qui ab illa die in antea participare debet. L. c. 431

Julii 12 (22?) Jo. Bapt. de Sabellis ss. Viti et Modesti diac. card. circa sextam horam noctis recessit ab Urbe dirigens gressus suos versus Perusium in legationem suam et non obstante absentia continuat ex gratia sibi facta participare, ut retulit B. card. s. Mariae in porticu, camerarius collegii, Joanni Jacobo socio meo. L. c. 432

Aug. 18 die Veneris in consistorio secreto, ut moris est, Ga(briel) tit. ss. Sergii et Bacchi presb. card. Agrien. nuncup. fuit creatus legatus de latere contra nefand. Teucros in civ. et regnum Neapol. et fuit ei per s. collegium ex gratia concessum, ut participaret non obstante absentia sua. L. c. f. 61. 433

Aug. 23 die Mercurii Ga. tit. ss. Sergii et Bacchi presb. card. Agriensis recessit ab Urbe dirigens gressus suos in suam legationem versus Neapolim et fuit associatus per omnes card. usque ad eccl. s. Joannis Lateran. L. c. 434

Aug. 31 die Jovis de mane card. de Aragonia venit ex legatione Ungariae et introivit Urbem associatus a dominis card. et receptus in consistorio publico a S. P., ut moris est. L. c. 435

Nov. 27 die Lunae R. s. Georgii diac. card. recessit ab Urbe dirigens gressus suos in suam legationem in Marchiam et continuat participare ex gratia sibi facta per collegium, ut retulit mihi Hieronimo B. cardinalis s. Mariae in porticu, camerarius collegii, die ultima ejusdem mensis. L. c. 436

Dec. 2 die Sabbati Jo. Ba. ss. Viti et Modesti diac. card. de Sabellis nuncup. rediit in Urbem de sua legatione Perusina et subsequenter die Lunae 4 Dec. fuit creatus de latere ad civ. Januae ad sedandas discordias, quae erant inter domos de Fregosis et de Adurnis. L. c. 437

Dec. 20 die Mercurii Jo. Ba. ss. Viti et Modesti diac. card. de Sabellis nuncup. recessit de Urbe dirigens gressus suos in suam legationem Januen et continuat participare, ut B. ep. Tusculan. card. s. Mariae in porticu nuncup., camerarius collegii, die 23 Dec. retulit mihi Hieronimo. L. c. 438

Dec. 28 die Veneris F. de Gonzaga s. Mariae novae diac. card. Mantuanus rediit in Urbem de sua legatione ex Bononia et ab hac die in antea incepit participare. L. c. 439

1481.

Jan. 8 die Lunae in consistorio secreto, ut moris est, Ste. tit. s. Mariae trans Tiberim presb. card. Mediolanensis nuncup. electus fuit et creatus camerarius collegii et ei per manus S. P. traditum sigillum collegii in signum dicti sui officii camerariatus cum potestate censurarum, ut moris est. L. c. (Arm. XXXI, 52 f. 61). 440

Junii 18 die Lunae Pe. tit. s. Nicolai inter imagines presb. card. Foscari nuncup. post consistorium recessit ab Urbe, arripiens iter in Venetias et ad suam eccl. Paduan.; et (camerarius collegii) retulit mihi Jheronimo, deliberatum fuisse in antepenultimo consistorio per dominos card., quod non obstante absentia sua deberet participare usque ad festa Nativ. D. N. prox. vent., et etiam ordinavit mihi, quod omnes cedulae divisionum fiendarum deberent portari ad S. P., pro certo debito ducat. 1000 cum Sua Sanctitate. L. c. 441

Junii 30 die Sabbati Jo. Ba. s. Viti in macello diac. card. de Sabellis nuncup. rediit ad Urbem ex sua legatione Januen. per Tiberim usque prope ecclesiam s. Pauli, in qua S. P. post missarum solemnia eum cum infrascripto domino Januensi recepit. L. c. f. 62. 442

Junii 30 Paulus tit. s. Anastasiae presb. card. Januensis nuncup., veniens de civ. Januae cum classe 20 triremium et 4 biremium, intrans per Tiberim cum dicta classe venit usque ad s. Paulum, ubi S. P. post celebrationem missarum et vesperorum in consistorio publico inibi tunc celebrato cum omnibus card. eum recepit ad osculum pacis, et alia facta sunt, ut moris est; dein immediate S. P. eidem card. Januensi aperuit os, et sic ab inde in antea participat; et quia de proximo erat recessurus cum illa classe, idem s. collegium eidem de gratia concessit, ut participaret in absentia, non obst. dispositionibus statutorum ejusdem s. collegii. L. c. 443

Julii 4 die Mercurii supradictus card. Januensis post consistorium recessit ab Urbe cum dicta classe dirigens gressus suos in suam legationem contra nefandum Turcum. L. c. 444

Julii 30 Phil. tit. ss. Joannis et Pauli presb. card. Matisconensis nuncup. intravit Urbem rediens ex partibus Franciae et continuat participare. L. c. 445

Sept. 12 die Mercurii S. P. exivit de Urbe causa recreationis et solatii et ivit versus Brachianum, ubi fuit pluribus diebus, et postmodum ivit ad civitatem (Urbem) veterem et ad Montemflasconem; deinde die 17 Oct. rediit in Urbem, associatus per omnes card., qui fuerunt in Urbe. L. c. 446

Oct. ? Ga(briel) tit. ss. Sergii et Bacchi presb. card. Agriensis intravit Urbem rediens ex sua legatione regni Neapolitani contra nefandos Teucros et continuat participare. L. c. 447

Nov. 21 die Mercurii Cos(mas) tit. ss. Nerei et Achillei presb. card. de Ursinis nuncup. apud Brachianum diem clausit extremum; et quia obiit inter 12 et 13 horam, de provisionibus ea die postea in consistorio factis non participat; et die sequ. corpus ejus portatum fuit apud suum monasterium b. Mariae Farfen., ubi fuit repositum. L. c. 448

Nov. 24 die Sabbati Jo. Ba. s. Viti in macello diac. card. de Sabellis nuncup. veniens de sua legatione Perusina intravit Urbem et continuat participare. L. c. f. 63. 449

Nov. 25 die Dominico de sero Rap(hael) de Riario s. Georgii diac. card. rediit in Urbem de sua legatione Marchiae et continuat participare. L. c. 450

Dec. 14 die Veneris dominus Mediolanensis, camerarius collegii, dum veniebat de consistorio eadem die habito, retulit mihi fuisse deliberatum per omnes card., qui fuerant praesentes, quod Jo. tit. s. Adriani card. de Aragonia, Pau(lus) de Campofregoso tit. s. Anastasiae card. Januensis et Theodorus diac. card. Montisferrati a prima die Nov. prox. praet. in antea nihil deberent participare, quia fuerunt absentes, juxta formam statutorum s. coll. L. c. 451

Dec. 31 die Sabbati in palatio post Vesperas dominus Mediolanensis, camerarius collegii, retulit mihil Jeronimo, ibidem per quamplures card. deliberatum fuisse, quod deinceps omnes pecuniae ejusdem s. collegii deponerentur apud bancum Dominici de Centurionibus et sociorum ut unici et veri depositarii, licet societas dicti Dominici cum Joanne Doria ejusdem Dominici socio inter eos dividatur. L. c. 452

1482.

Jan. 7 Ausias tit. s. Sabinae presb. card. Montisregalis vulg. nuncup. in consistorio secreto, ut moris est, fuit electus per omnes card. ibidem existentes camerarius s. collegii et de manibus S. P. habuit sigillum ipsius camerariatus officii, quod reportaverat dominus Mediolanensis, camerarius anni praeter., cum potestate censurarum, ut moris est. L. c. 453

Febr. 3 die Dominico Ju. ep. Sabinen. card. s. Petri ad vinc. nuncup., rediens ex sua legatione ex Gallia, intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo; et cum eo in societate erat Jo. tit. s. Susannae presb. card. Andegavensis nuncup., qui similiter ex Gallia superioribus mensibus venerat et in civ. Lucana fuerat; et associati fuerunt praefati card. per omnes card., quorum aliqui septem usque ad burgettum obviam eis iverant et reliqui extra dictam portam eos receperunt; et die Lunae prox. sequ., quia idem duo card. hospitati fuerant apud s. Mariam de Populo, per omnes card. usque ad palatium s. Petri associati fuerunt, ubi a S. P. in publico consistorio recepti fuerunt ad osculum pedum et manus et similiter per omnes card. ad osculum pacis; et post consistorium idem card. s. Petri ad vinc. remansit in palatio et card. Andegavensis per omnes card. associatus fuit usque ad s. Petrum in vinc., ubi parata erat habitatio ipsius. L. c. 454

Febr. 11 die Lunae S. P. in consistorio secreto, ut moris est, aperuit os Jo(anni) tit. s. Susannae presb. card. Andegavensi nuncup., et ab hac die in antea debet participare. L. c. f. 64. 455

Febr. 14 die Jovis Jo. de Aragonia tit. s. Adriani presb. card., rediens ex Neapoli, intravit Urbem per portam s. Joannis Laterani, et Theo. s. Theodori diac. card. Montisferrati nuncup., rediens ex Pedemontium per Lombardiam, intravit Urbem per portam s. Angeli; et deinceps debent participare ut ceteri card. L. c. 456

Mart. 18 die Lunae Ausias card. Montisregalis, camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo deliberatum fuisse in consistorio per omnes card. ibidem praesentes, quod Jo. tit. s. Susannae presb. card. Andegavensis nuncup. ex

gratia deberet participare a die, qua de civ. Lucana ad Urbem potuisset venire, et hoc, quia mandatum habuit a S. P., quod inde non discederet, nisi ab ipso haberet aliud mandatum; et mandavit mihi, quod de omnibus postea a die 6 Maii prox. praet. citra tam de (di)visis quam de (di)videndis extrahere deberem ipsius ratam portionem et ei dare. L. c. (Arm. XXXI, 52 f. 64) 547

Apr. 23 die Mercurii Jo. tit. s. Adriani card. de Aragonia recessit ab Urbe versus Neapolim, et quia sciebat non participare in absentia, ordinavit per suas litteras domino Montisregalis camerario, ut nomine suo peteret participium a collegio. L. c. 458

Maii 10 die Veneris card. Montisregalis, camerarius, retulit mihi Jeronimo deliberatum fuisse in consistorio, quod tam dominus Montisferrati, qui discesserat ab Urbe causa eundi ad balnea, quam ceteri card., qui in furturum discederent ab Urbe, usque ad festum omnium sanctorum prox. fut. participarent, ac si praesentes forent; et domino de Aragonia similiter fuit concessum participium a die, qua discessit ab Urbe, ab omnibus card., exceptis sex, quos dicit reservare in pectore usque ad tempus divisionis. L. c. 459

Maii 10 Dicta die idem card. Montisreg. camerarius retulit mihi deliberatum fuisse per omnes card., qui fuerunt praesentes in consistorio ea die, quod deinceps D. de Centurionibus, qui erat depositarius s. collegii, in futurum non esset, et loco ejus elegerunt in depositarium Joannem Franciscum de Frangiottis de Luca mercatorem Rom. curiam sequentem, et apud eum in futurum deponerentur omnes pecuniae collegii. Qui Jo. Fr. de Frangiottis die 21 Maii mihi Jeronimo retulit in aula domus card. Rothomagensis, se convenisse cum Jeronimo de Centurionibus, fratre et socio Dominici de Cent. olim depositario, quod omnes pecuniae ad s. collegium pertinentes usque ad festum apost. Petri et Pauli deponerentur apud banchum de Centurionibus, quo tempore ipsi de Cent. facient primam divisionem: et hoc ad finem, ut possint exigere ab aliquibus card. ipsi bancho de Cent. debitoribus. L. c. 460

Maii 19 card. Montisregalis, camerarius collegii, misit libros et sigillum collegii ad card. Novarien., ut usque ad reditum suum de Fulgineo, quo ibat propter pestem, exerceret officium camerarii; deinde die Mercurii 5 Junii idem card. Novarien., iussus per S. P., misit dictos libros et sigillum collegii ad card. Melfetan., ut loco sui exerceret dictum officium camerarii. L. c. f. 65. 461

Junii 3 die Lunae Ferricus tit. s. Vitalis presb. card. Tornacensis nuncupatus, veniens de partibus Flandriae, applicuit se cum familia juxta ecclesiam s. Mariae de Populo, ubi stetit usque ad diem Lunae 10 ejusdem mensis; et ab inde associatus per omnes card. usque ad palatium fuit receptus per S. P. in consistorio publico ad osculum pedum et manus, et similiter per omnes card. ad osculum pacis; deinde fuit sibi per S. P. datus capellus rubeus in signum cardinalatus et alia facta, quae consueverunt fieri. Deinde per S. P. cum cardinalibus fuit factum consistorium privatum. L. c. 462

Junii 17 die Lunae idem S. P. in consistorio in ipsius principio aperuit os Ferrico card. Tornacensi, et ab hac die in antea debet participare et etiam de provisionibus ea die factis, ut retulit mihi card. Melfetan., locum tenens camerarii collegii, quia, ut dictum est, in principio consistorii fuit sibi apertum os. L. c. 463

(*Sept. 21*) obitus cardinalis Hesler de Alamania. L. c. 464

Oct. 28 retulit mihi Jeronimo card. Rothomagensis, locum tenens camerarii collegii, convenisse et deliberasse cum card. s. Petri ad vinc., quod societas de Centurionibus olim depositarii, qui usque nunc tenent deposituram, facerent ultra divisionem proxime venturam omnium Sanctorum etiam futuram in die prima Januarii proxime futuri MCCCCLXXXIII: et hoc ad finem, ne dicti Centurioni in praesenti divisione retinerent nobis residuum eis debitum a collegio pro ecclesia Bracharen., ac etiam, quia apud eos sunt depositatae pecuniae sigilli et nonnulla minuta servitia, de quibus communia non sunt soluta. L. c. 465

Nov. 1 card. Rothomagensis tamquam locum tenens camerarii collegii et postmodum card. Montisregalis, qui die praeterito redierat in Urbem, retulerunt mihi Jeronimo, mandatum fuisse per S. P. eadem die in vesperis in praesentia omnium card. ibidem existentium, qualiter intentionis S. S. erat, quod Jo. de Aragonia tit. s. Adriani presb. card. „de Aragonia" nuncupatus de divisionibus praesenti die facta nihil debet participare, quia hoc anno fuit in armis contra S. S.: et propterea in cedulis divisionis omnium card. fuit divisa portio ejusdem card. de Aragonia et data XXIV cardinalibus participantibus. L. c. 466

Nov. 4 retulit mihi card. Montisregalis deliberatum fuisse per omnes card. praesentes in consistorio, quod omnes card. absentes a curia usque ad festum Natalis Domini debeant participare, ac si essent praesentes, non obstante forma statutorum collegii; hoc tamen non intelligitur de card. de Aragonia, ne contradicant mandato S. P. Et hoc concessum fuit ex gratia nonnullis justis causis animum moventibus. L. c. 467

Dec. 15 card. Montisregalis retulit mihi Jeronimo deliberatum fuisse eadem die de mane in missa papali in palatio per omnes card. ibidem existentes, quod Fran. s. Mariae novae diac. card. Mantuanus, qui de mandato S. P. ire debet legatus de latere in Bononiam et Ferrariam, tempore suae absentiae participare debet, ac si esset praesens, non obstante forma statutorum ejusdem collegii. Et die 18 ejusdem mensis super scalis palatii mandavit idem card. Mantuanus, quod omnes cedulas et pertinentias sibi contingentes deberem dare societati de Centurionibus in deductum debiti sui cum eadem societate pro pecuniis mutuo habitis. L. c. 468

Dec. 20 card. Montisregalis, camerarius collegii, retulit mihi Jeronimo deliberatum fuisse in consistorio per omnes card. ibidem existentes, quod Joanni tit. s. Adriani presb. card. de Aragonia nuncup. debeat restitui integra portio suae divisionis factae die 1 Nov. proxime praeteriti, quae de mandato S. P. data fuit aliis 24 card. participantibus, et restitutio debet fieri suae divisionis de pecuniis ecclesiae Toletan., quae debent solvi per societatem de Spanochiis in festo Resurr. Domini nostri proxime sequenti. L. c. f. 66. 469

Dec. 22 card. Montisregalis retulit mihi Jeronimo deliberatum fuisse in aula, ubi celebrata fuit missa papalis, per omnes card. ibidem existentes, quod card. de Aragonia deberet participare a die 1 Nov. proxime praeteriti usque ad festum Nativ., sicut concessum fuerat aliis card. absentibus, non obstante forma statutorum etc.; et ita deberem sibi dare in proxima futura divisione. L. c. 470

1483.

Jan. 15 Joannis tit. s. Praxedis presb. card. Novariensis nuncup. in consistorio secreto, ut moris est, fuit electus camerarius collegii et de manu S. P. habuit sigillum et potestatem censurarum. (Arm. XXXI, 52 f. 66.) 471

Jan. 22 b. m. Guilelmus ep. Ostien. card. Rothomagensis nuncupatus Romae in domo sua circa sextam horam noctis diem clausit extremum, cujus corpus die sequenti fuit repositum in ecclesia s. Augustini et ibidem inceptae exequiae die . . . dicti mensis; cujus anima requiescat in pace. L. c. 472

Jan. 31 S. P. Julianum (de Ruvere) ep. Sabinen. transtulit ad Ostien. vac. per ob. Guilelmi card. Rothomag. et ad Sabinen. hoc modo vac. Oliverium ep. Albanen. card. Neapol., ad Albanen. autem hoc modo vacantem Joannem tit. s. Susannae presb. card. Andegaven. Obl. t. 83 f. 83. 473

Jan. 15 retulit mihi Jeronimo card. Montisregalis antiquus camerarius collegii et die sequenti retulit mihi etiam card. Novarien. camerarius novus, quod (servitia) communia ecclesiarum et monasteriorum, de quibus fuerant factae provisiones ipso die in consistorio, quae per S. P. a collegio petita fuerant pro subventione civ. Ferrariae, Suae Sanctitati donata fuerant et sic debent solvi depositario S. S. et retineri minuta et quitantiae. Ecclesiae, de quibus fuit facta provisio, sunt: Hispalen., Giennen., Corduben., Salamantin., et monasteria . . . Et idem fuit etiam deliberatum de (servitio) communi ecclesiae Toletan. die ultima Januarii, sicut retulit mihi camerarius collegii. L. c. 474

Mart. 31 die Jovis sancti fuit deliberatum in palatio per Cardinales, qui fuerunt praesentes in matutinis, quod cardinales Aquilegiensis, de Aragonia et Montisferrati participarent de divisione proxime fienda, cui deliberationi postmodum non aquieverunt card. Mediolanensis, s. Angeli, s. Georgii; propterea fuit eis datum participium exceptis dictis tribus per omnes dies. Et post divisionem factam card. de Sabellis et de Columna, detenti in castro s. Angeli, noluerunt etiam eisdem absentibus dare participium, et sic in effectu fuit datum ab aliis, exceptis dictis quinque. L. c. 475

Maii 5 die Lunae M. epus. Praenestin. card. Aquilegiensis nuncup. rediit in Urbem de Urbeveteri et ab isto die in ante continuavit participare. L. c. 476

Maii 25 die Dominica P. tit. s. Nicolai inter imagines presb. card. Foscari Paduanus nuncup., rediens ex Padua et Venetiis, intravit Urbem et ab isto die in ante reincepit participare, prout ceteri card. L. c. 477

Junii 21 (*20* ?) die Veneris Do(minicus) tit. s. Clementis presb. card. in consistorio secreto creatus fuit legatus de latere in partibus Pedemontan. et ducatu Sabaudiae, et ea die recessit de palatio associatus per omnes card. usque ad portam palatii; et debet participare ex deliberatione cardinalium usque ad diem 1 Nov. L. c. f. 67. 478

Aug. 30 die Sabbati Jo. de Aragonia tit. s. Adriani presb. card. de Aragonia nuncup. rediit in Urbem et ab illa die reincepit participare, et in absentia durante sua legatione ex gratia non obstante dispositione statutorum collegii. L. c. 479

Sept. 3 (*2* ?) die Martis b. m. Ausias olim tit. s. Sabinae presb. card. (Montisregalis nuncup.) Romae diem clausit extremum, cujus corpus fuit reconditum in eccl. b. Sabinae, et die 16 dicti mensis fuerunt inceptae exequiae. L. c. 480

Sept. 10 Jo. (de Aragonia) tit. s. Adriani presb. card. in consistorio fuit translatus ad titulum s. Sabinae vac. per obitum card. Montisregalis. Et idem dominus de Aragonia creatus fuit legatus de latere ad partes Ungariae et Alamaniae; et associatus fuit per omnes card. usque ad domum card. Neapolitani, ubi tunc morabatur, et debet participare integre durante dicta legatione. L. c. 481

Sept. 19 die Veneris card. de Aragonia, legatus de latere ad partes Alamanniae et Ungariae, recessit ab Urbe associatus, ut moris est, et continuat participare, prout retulit mihi Jeronimo card. Novariensis camerarius die 12 Oct.; et mandaverat mihi idem de Aragonia in civ. Florentin. in transitu suo, ut cedulas suarum divisionum darem societati olim de Robatis et nunc de Marcellis in deductionem suorum debitorum. L. c. 482

Oct. 7 die Martis b. m. Ferricus de Cluniaco olim tit. s. Mariae in Domnica card. Tornacensis Romae in domo sua diem clausit extremum et sequenti die fuit sepultus in eccl. b. Mariae de Populo; et die Jovis 17 (16 ?) ejusdem mensis inceptae fuerunt exequiae. Cujus anima requiescat in pace. L. c. 483

Oct. 8 die Mercurii Jo. epus. Albanen. card. Andegavensis in consistorio secreto celebrato post prandium fuit creatus legatus de latere ad visitandum seren. Francorum regem; et deinde associatus fuit per omnes card. usque ad domum suam, et fuit sibi concessum participium durante dicta legatione, prout retulit mihi Jeronimo card. Novariensis camerarius ipsa die. L. c. 484

Oct. 13 die Lunae Jo. epus. Albanen. card. Andegaven. recessit de palatio, associatus, ut moris est, per omnes card. usque ad portam b. Mariae de Populo; et continuat participare, prout proxime supra dictum est. Et die Dominica proxime praecedenti mandavit mihi Jeronimo idem dominus Andegavensis, quod omnes cedulas divisionum suarum deberem dare societati de Marcellis, quae suae dominationi servivit de certa quantitate pecuniarum. L. c. 485

Oct. 21 die Martis b. m. Franciscus de Gonzaga s. Mariae novae diac. card. Mantuanus nuncup. Bononiae in sua legatione diem clausit supremum; et die Veneris 24 ejusdem mensis fuit portatum novum de obitu ipsius. Cujus anima r. i. p. — L. c. 486

Nov. 15 die Sabati fuerunt liberati de castro s. Angeli cardinales de Sabellis et de Columna. L. c. 487

(*Nov. 15*) Eadem die et congregatione S. P. creavit Joannem tit. s. Praxedis card. Novariensem nuncup. legatum de latere in Perusium, qui post congregationem de palatio associatus fuit per omnes card. usque ad domum habitationis suae. L. c. 488

Dec. 24 retulit mihi card. Novariensis, camerarius collegii, jamdiu deliberatum fuisse in consistorio per omnes card., quod Theodorus s. Theodori diac. card. Montisferrati nuncup. debeat participare de proxima futura divisione, ac si praesens foret, non obstante ejus absentia. L. c. f. 68. 489

1484.

Jan. 19 die Lunae in consistorio secreto, ut moris est, Jo. Bapt. tit. s. Caeciliae presb. card. Melfiten. nuncup. (absoluto card. Novariensi) fuit electus camerarius collegii et per manus S. P. recepit sigillum in signum camerariatus, cum potestate censurarum, ut moris est. L. c. 490

Jan. 21 b. m. Theodorus s. Theodori diac. card. Montisferrati nuncup. in civ. Asten. diem clausit extremum; obitus ejus significatus fuit in Urbe die 26 dicti mensis. Cujus anima r. i. p. (Arm. XXXI, 52 f. 68) 491

Mart. 17 in consistorio secreto S. P. Ascanium Mariam Sfortiam vicecomitem, sedis apost. protonotarium, S. R. E. diaconum card. publicavit et postmodum ei capellum misit et ecclesiam s. Viti in Macello assignavit. Burchardi Diar. ed. *Thuasne* I, 6. 492

Mart. 19 die Veneris S. P. in consistorio secreto, ut moris est, creavit Georgium tit. ss. Marcellini et Petri presb. card. Ulixbonensem legatum de latere ad Venetias pro pace Italiae inienda, qui post consistorium, ut moris est, associatus fuit per omnes card. usque ad domum habitationis suae. Arm. XXXI, 52 f. 68. 493

Mart. 22 (*al. 29*) die Lunae idem card. Ulixb. iter arripuit in suam legationem versus Caesenam, associatus per omnes card. usque ad portam b. Mariae de Populo. Et eadem die in consistorio deliberatum fuit, ut durante dicta legatione sua deberet participare, ac si praesens esset. L. c. 494

Apr. 5 die Lunae retulit mihi Jeronimo card. Melfiten., camerarius collegii, eadem die deliberatum fuisse in consistorio, quod Dominicus de Ruvere presb. card. tit. s. Clementis, qui ad praesens residet in partibus Pedemontium, deberet participare, ac si praesens esset, usque ad diem 1 Octobris proxime futuri, non obstante dicta sua absentia; et hoc ex speciali gratia. Rediit postea die 3 Maii dicti anni et continuat participare, sicut alii praesentes. L. c. 495

Julii 19 die Lunae venerunt litterae de Turone, quod b. m. Elias tit. s. Luciae in silice card. Turonensis nuncup. apud Turonem (die 5 Julii 1484) diem clausit extremum, cujus a. r. i. p. Et die 26 ejusdem mensis fuerunt factae exequiae in capella, ut moris est. L. c. 496

Aug. 12 die Jovis a. 1484 Sixtus IV in palatio s. Petri circa quintam horam noctis diem clausit extremum, et die Veneris proxime sequenti ejus corpus tumulatum est in ecclesia s. Petri in capella nova, quam idem S. P. aedificari fecit. Cujus anima per Dei misericordiam requiescat in pace. Et successive die Martis 17 ejusdem mensis fuerunt inceptae exequiae in dicta eccl. et continuantur per novem dies, ut moris est. L. c. 497

Aug. 19 die Jovis sede vacante Jo. de Aragonia tit. s. Sabinae presb. card. de Aragonia nuncup., rediens primo de sua legatione de Ungaria et postmodum de Neapoli, intravit Urbem et continuavit participare. L. c. f. 69. 498

Aug. 23 die Lunae Ascanius Maria Sfortia vicecomes s. Viti in macello diac. card., veniens de Mediolano, intravit Urbem, associatus per plures card. et alios. L. c. 499

Sept. 11 die Sabbati b. m. Philibertus tit. ss. Joannis et Pauli presb. card. Matisconensis nuncup. in domo sua in campo florum diem clausit extremum; et eadem nocte corpus suum fuit delatum ad eccl. b. Mariae de Populo, ubi elegit sepulturam. Cujus anima r. i. p. Die autem Lunae 27 mensis Sept. inceptae sunt exequiae. L. c. 500

Sept. 15 retulit mihi cardinalis s. Petri ad vinc., qui deputatus fuerat per Innocentium pp. VIII in camerarium collegii pro residuo temporis, quo S. S. habebat officium (camerariatus), deliberatum fuisse in consistorio secreto per omnes card., quod Jo. tit. s. Marcelli presb. card. s. Angeli nuncup., qui sequitur in ordine post S. S., esset camerarius collegii pro residuo anni ac pro anno futuro. L. c. 501

Sept. 15 Et successive retulit mihi idem card. s. Angeli dicta die, quod deliberatum fuerat per omnes card. unacum S. P., quod Ascanius Maria Sforsia s. Viti in macello diac. card. absque alia aperitione oris deberet participare, sicut ceteri card.: et hoc, quia intraverat sede vacante in omnibus congregationibus et postea in conclavi in electione pontificis. L. c. 502

Oct. 11 die Lunae Jo. tit. s. Praxedis card. Novariensis post prandium recessit ab Urbe iter arripiens in suam legationem in Perusium.*) Et die sequenti retulit nobis clericis collegii card. s. Angeli camerarius, deliberatum fuisse in consistorio, quod deinceps tam Novariensis quam alii legati tempore suae absentiae non participarent secundum dispositionem statutorum s. collegii. L. c. 503

Oct. 22 die Veneris circa 24 horam illius diei Stephanus tit. s. Mariae in Transtiberim presb. card. Mediolanensis in domo habitationis suae diem vitae suae clausit extremum; et ipsa nocte ejus corpus delatum fuit ad eccl. s. Petri, ubi fuit depositum. Cujus a. r. i. p. Cujus exequiae inceptae fuerunt die Lunae 8 Novembris. L. c. f. 70. 504

...... Et ejus titulus b. Mariae in Transtiberim fuit datus cardinali Ulixbonensi. L. c. 505

Nov. 21 die Dominico b. m. Joannes tit. s. Vitalis (al. s. Balbinae) presb. card. Gerundensis nuncup. diem clausit extremum. Et eadem die ejus corpus delatum fuit ad eccl. s. Mariae de Populo, ubi reconditum est. Cujus a. r. i. p. — L. c. 506

Dec. 20 consistorio in palatio apostolico apud s. Petrum habito, in quo de canonizatione Leopoldi ducis Austriae die 6 Jan. 1485 peragenda consilium initum est, praeter Innocentium pp. VIII hi S. R. E. cardinales et praelati interfuerunt: I. *Cardinales:* Rodericus (de Borja) ep. Portuen. card. vicecancellarius, Oliverius (Carafa) ep. Sabinen. card. Neapolitanus, Marcus (Barbo) ep. Praenestin. card. s. Marci, Julianus (della Rovere) ep. Ostien. card. s. Petri ad vinc., Baptista (Zeno) ep. Tusculan. card. s. Mariae in port., Joannes (Michaelis) tit. s. Marcelli presb. card. s. Angeli, Georgius (de Costa) tit. ss. Marcellini et Petri presb. card. Ulixbonensis, Hieronymus (della Rovere) tit. s. Chrysogoni presb. card. Recanatensis, Gabriel (Rangone) tit. ss. Sergii et Bacchi presb. card. Agriensis, Dominicus (della Rovere) tit. s. Clementis presb. card. Tarentasiensis, Joannes (de Aragonia) tit. s. Sabinae presb. card. de Aragonia, Joannes (de Comitibus) tit. s. Vitalis presb. card. de Comitibus, Joannes (Jac. de Sclafenatis) tit. s. Stephani in C. M. presb. card. Parmensis, Franciscus (de Piccolominibus) s. Eustachii diac. card. Senensis, Raphael (Riario) s. Georgii ad velum aur. diac. card. (s. Georgii), S. P. camerarius, Joannes Bapt. (de Sabellis) s. Nicolai in C. T. diac. card. de Sabellis, Joannes (de Co-

*) Superioribus diebus, in secundo vel tertio secreto consistorio, vel circa, Innoc. VIII creavit et publicavit quinque cardinales apost. sedis legatos, videl. Mediolanensem, licet a consistorio absentem, in domo sua in infirmitate constitutum, in Avenione, Jo. Gerundensem in Campania, Jo. de Sabellis in Bononia, B. de Ursinis in marchia Ancon., Ascanium in Patrimonio, constituit et cardinalem Novariensem in sua legatione Perugina, ad quam a fel. rec. Sixto IV ordinatus erat, confirmavit. Burch. Diar. ed. Thuasne I, 125.

lumna) s. Mariae in Aquiro diac. card. de Columna, Joannes Bapt. (de Ursinis) s. Mariae in Domnica diac. card. de Ursinis, Ascanius (Sfortia) s. Viti in macello diac. card. Sfortia vicecomes. II. *Archiepiscopi:* Joannes (Venereus) Ragusin., Stephanus (Teglatius) Antibaren., Eustachius (de Lévis) Arelaten., Leonardus (Griffus) Beneventan., Joannes (de Compoys) Tarentasien. III. *Episcopi:* Joannes (d'Armagnac) Castren. in Francia, Constantinus (Eruli) Spoletan., Thomas (Ghisleri) Aesin., Nicolaus (Sandonnino) Lucan., Prosper (Cafarelli) Aesculan., Petrus (Antichi) Juvenacen., Marianus (de Latuo) Glandaten., Scipio Tricaricen., Joannes Paulus (Ponziani) Verulan., Joannes (Leoni Galucci) Casertan., Ursus Viterbien., Bartholom. (Coccapani) Ariminen., Urbanus (Fieschi) Forojulien., Jacobus (Minutoli) Agaten., Franciscus (Mascardi) Tudertin., Achilles (Marescotti) Cervien., Stephanus (Sanctius de Casanova?) Oloren., Ardicinus (de Porta) Alerien., Bonfranciscus (Arlotti) Regin., Alfonsus (Carillo)Pampilonen., Bartholomaeus (Podius) Cassanen., Joannes (Ceretani) Nucerin., Ludovicus (Borsi) Aquilan., Joannes (de Duchi) Coronen., Leonardus (Marchesi) Albingan., Joannes (Rossi) Alatrin., Petrus (Duchaffauldt) Nanneten., Franciscus (Soderini) Vulteran., Petrus Hiscarien. (Alexien.?), Joannes Antonius (de s. Georgio) Alexandrin., Alvarus Alexandrin. (Egitanien.?), Alvarus Custodien. (?), Justus (Patavinus) Septen., Antonius (Ursus Venetus) Agien., Joannes Andr. (Bocciacci) Mutinen., Joannes Cotronen., Silvester (Daziari) Clugien., Jacobus (de Luzii) Cajacen., Titus (Veltri) Castren. in Patrim., Antonius (de Pignerolo) Fanen., Stephanus (Moriel) Maurianen., Thomas (Langton) Meneven., Joannes (Monisart) el. Tornacen., Joannes (Shirworde) Dunelmen., Augustinus (Patrizi) Pientin. et Ilcinen., Bargius (seu Barozius) Callien., Caesar (Petrus Garcia?) Ussellen., Philippus (Contorni) Urbinaten., Gabriel (de Sclafanatis) el. Vapincen., Ben[in]casa (de Benincase) el. Anconitan. IV. *Alii praelati:* Franciscus de Tergesto, Hugo de Benziis, subdiaconi apostolici; Antonius de Grassis, auditor Rotae; mag. Marcus, magister s. palatii; Sinulfus de Castro Otherio, clericus Camerae; Franciscus de Padua, advocatus consistorialis; Antonius de Eugubio, procurator fiscalis; Laurentius de Mari, Hieronymus Calagranus, cubicularii sacri; Joannes Burchardus Argentinensis, clericus ceremoniarum. Cfr. Burchardi Diar. ed. *Thuasne* I 126—128 cfr. 129—136. NB. In quo libro multa dioecesium nomina corrupta leguntur, quae quidem plerumque corrigi potuerunt. 507

Dec. 22 die Mercurii Baptista s. Mariae in Domnica diac. card. de Ursinis nuncup. recessit ab Urbe iter arripiens in suam lagationem in Marchiam; et deinceps durante sua absentia non debet participare, prout retulit mihi card. s. Angeli, camerarius collegii. Arm. XXXI, 52 f. 70. 508

1485.

Jan. 9 die Lunae, qua fuit primum consistorium post Epiphaniam, deliberatum fuit per omnes card., quod card. s. Angeli continuaret officium camerariatus unum annum continuum, ut est moris. L. c. Cfr. supra nr. 501. 509

Jan. 14 die Veneris Jo. card. Novariensis rediit ex sua legatione ex Perusio et ab illa die in antea reincepit participare, qui tempore suae absentiae non participabat. L. c. 510

Febr. 8 die Martis Jo. epus. Albanen. card. Andegaven. nuncupatus, rediens de sua legatione de Francia, intravit Urbem et ea nocte hospitatus fuit apud s. Mariam de Populo; et deinde die Mercurii prox. sequ. fuit associatus per omnes card. usque ad palatium et ibi per S. P. acceptus in consistorio publico; et inantea reincepit participare. L. c. 511

Febr. 21 retulit mihi Jeronimo card. s. Angeli, camerarius collegii, deliberatum fuisse in consistorio secreto, quod card. Andegavensis, quia die recessus sui in suam legationem ex gratia continue participaverat, etiam continuaret participare de hiis, quae obvenerunt ab ultima divisione citra, non obstante mandato mihi prius facto tempore dictae divisionis, videl. quod non participaret deinceps de divisione illa. Item retulit mihi idem camerarius, quod Jo. card. Mediolanensis (al. Novariensis) reincipit participare a die 14 Januarii citra, qua die rediit in Urbem de sua legatione de Perusio. L. c. 512

Aug. 11 (*al. 15*) b. m. Petrus tit. s. Nicolai inter imagines card. de Foscari nuncup. apud Viterbium, cum esset ad balnea, diem vitae suae clausit extremum; cujus a. r. i. p. — L. c. 513

Oct. 17 b. m. Joannes tit. s. Sabinae presb. card. de Aragonia nuncup. apud Romanam curiam diem vitae suae clausit extremum. Cujus a. r. i. p. — L. c. 514

Oct. 22 die Lunae retulit mihi Jeronimo card. s. Angeli, camerarius collegii, deliberatum fuisse in consistorio per card. praesentes, quod cardinales absentes quo usque modo deberent participare non obstantibus statutis in contrarium editis: et hoc usque ad festum Nativ. Domini prox. venturum. L. c. f. 71. 515

1486.

Jan. 9 die Lunae retulit mihi Jeronimo card. s. Angeli, camerarius s. collegii, deliberatum fuisse per omnes card. in consistorio praesentes, quod B. epus. Tusculan. card. s. Mariae in porticu nuncup. deberet participare ut supra, ac si esset in Urbe: et hoc de speciali gratia. L. c. 516

Jan. 11 die Mercurii Georgius tit. s. Caeciliae presb. card. Ulixbonensis nuncup. fuit electus camerarius collegii et recepit sigillum collegii, quod reportaverat card. s. Angeli, de manu S. P. cum potestate censurarum, ut moris est. L. c. 517

Mart. 19 die Dominica, quae fuit dies Palmarum, Georgius card. Ulixbonensis, camerarius s. collegii, retulit mihi Jeronimo, in camera S. P. ante missam deliberatum fuisse per omnes card. ibidem praesentes, quod Baptista s. Mariae in Domnica diac. card. de Ursinis nuncup., cui alias fuerat concessum participium usque ad festum Nativ. Domini quique postea ante carnisprivium fuit in Urbe in aliquibus consistoriis et postea recessit, quod deberet participare usque in praesentem diem et inantea, si aliud non mandabitur mihi, continuabit participare, sicut praesens esset. Et hoc deliberatum fuit in praesentia et de consensu S. P. — L. c. 518

Apr. 24 venerunt litterae ex Londonio in Anglia, qualiter die 22 (vel potius 30) Martii prox. praeter. b. m. Thomas tit. s. Cyriaci presb. card. et archiep. Cantuarien. obierat in Anglia apud eccl. suam. Cujus a. r. i. p. — L. c. 519

Junii 5 die Lunae Jo. tit. s. Marcelli presb. card. s. Angeli nuncup. in consistorio secreto, ut moris est, per S. P. creatus fuit legatus de latere in patrimonio b. Petri et in castris Ecclesiae; et deinde associatus fuit per omnes card. usque ad domum habitationis suae. L. c. 520

Sept. 12 rediit ad Urbem Julianus ep. Ostien. card. s. Petri ad vinc. nuncup. ex Janua, cui venerunt obviam card. Andegavensis, Rechanatensis, s. Clementis, Parmensis, de Sabellis et de Columna tamquam particulares amici, qui eum usque ad palatium apost. apud s. Petrum, quo primitus ad S. P. equitavit, associaverunt. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne I*, 209. 521

Sept. 27 Gabriel tit. ss. Sergii et Bacchi presb. card. Agriensis vulg. nuncup., O. Min., vita functus est, cujus anima requiescat in pace. L. c. f. 211. 522

1487.

Mart. 2 Julianus ep. Ostien. card. s. Petri ad vinc. nuncup. in secreto consistorio pronuntiatus est legatus de latere ad marchiam Ancon. et Venetias, sed non fuit more solito ad palatium suum a collegio card. associatus. L. c. f. 242. 523

1488.

Jan. 27 die Dom. hora 24 vel circa card. de Fuxo intravit (prima vice) Urbem in cappa et capello cardinalaribus per portam s. Mariae de Populo et ibi descendit ad gradus ante ecclesiam, intravit primo ecclesiam (et deinde) claustrum (ubi pernoctavit). Die Lunae 28 Jan. circa horam 14 cardinales inceperunt venire ad claustrum praedictum ad recipiendum praefatum card. de Fuxo et associaverunt eum ad palatium apost., ubi a S. P. more solito receptus est; postea eum associarunt usque ad domum residentiae suae Ursinorum videlicet in campo Florum. L. c. p. 285—288. 524

Apr. 8 Julianus ep. Ostien. veniens de civ. Ostiensi, nonnullis card. in monasterio s. Pauli extra Urbem eum exspectantibus, aliis ei per plura milliaria obviam equitantibus, venit hora 24 ad illud monasterium et ab omnibus card. usque ad domum suae habitationis juxta basilicam XII Apost. de Urbe associatus est. L. c. p. 301. 525

Julii ... Petrus ss. Cosmae et Dam. diac. card. de Fuxo recessit ex Urbe iturus Neapolim visitaturus regem Neapol. pro speciali amicitia. L. c. p. 313. 526

Oct. 2 Joannes Arcimboldus tit. s. Praxedis presb. card. Mediolanensis Romae spiritum reddidit Creatori, cujus corpus altera die ad ecclesiam s. Augustini honorifice associatum est. L. c. p. 314. Die 29 Oct. in illa ecclesia ejus exequiae habitae fuerunt, et quidem hoc die tantum de licentia S. P. et non per novem dies, prout fieri solet; alia more solito sunt observata. L. c. p. 315. 527

Sept. (13), prout postea ad Urbem scriptum est, obiit in Francia Carolus tit. s. Martini presb. card. Lugdunensis, cujus a. r. i. p. — L. c. p. 314. 528

Oct. 8 Ascanius b. Viti in Macello diac. card. Sfortia vicecomes rediit ad Urbem ex partibus Lombardiae et legatione sua Bononiensi cum magna comitiva; receptus fuit a dnis. card. tunc in Urbe existentibus extra portam in diversis locis, particulariter tamen, non collegialiter, et ad domum suam associatus; ipse die 10 Nov. 1487 (?) recessit ex Urbe Mediolanum iturus. L. c. p. 315. 529

Oct. 15 P. ss. Cosmae et Dam. diac. card. de Fuxo ex regno Neapol. ad Urbem reversus est et ab aliquibus card. particulariter tamen, non collegialiter, receptus usque ad domum suam honorifice associatus est. L. c. p. 315. 530

Oct. 26 Raphael s. Georgii ad velum aureum diac. card., dni. papae camerarius, ex Imola et Forolivio rediit ad Urbem, cui nullus cardinalium obviam ivit. L. c. p. 315. 531

Nov. 5 fuit consistorium secretum, in quo Franciscus s. Eustachii diac. card. Senensis electus fuit legatus de latere ad Perusiam, qui finito consistorio ab omnibus card., qui consistorio interfuerant, associatus est usque ad domum suae solitae habitationis. Die autem 11 Nov. recessit ex Urbe ad legationem Perusinam iturus, a suis domesticis tantum, nullo cardinale, associatus. Deus dirigat gressus suos in viam pacis. L. c. p. 317 et 318. 532

Dec. 8 Paulus tit. s. Anastasiae presb. card. Genuensis venit ad Urbem per portam b. Mariae de Populo, cui nonnulli card. obviam venerunt extra portam per unum milliare vel circa, aliis eum intra portam exspectantibus; a quibus omnibus associatus fuit usque ad domum principalem juxta basilicam XII Apost., quam cardinalis s. Petri pro ejus habitatione praeparaverat. L. c. p. 325. 533

1489.

Nov. 11 feria IV, vel circa, rediit ad Urbem card. s. Marci ex Praenestina civ., in quam post recessum suum, aestate praeterita, ex Urbe recessit. L. c. p. 373. 534

Nov. 15 die Dominica in mane S. P. equitavit et cum eo card. s. Anastasiae et alii usque ad fluminis ripam Transtiberinam, ubi navim ascendit iturus ad Ostiam Tiberinam causa solatii. — Eadem die hora 23 card. Senensis, qui die (11) anteacti Novembris anni proxime praeteriti ex Urbe recessit Perusiam iturus, ubi legatus constitutus erat, inde de mense Augusti vel circa proxime praeterito ob ferias venit Romam; rediit cum paucis suis et non fuit a quoquam receptus vel associatus, cum nullus ejus reditus diem praesciverat; diebus autem sequentibus visitarunt eum card. Aleriensis, Neapolitanus, Sabellus, Januensis, de Fuxo, Beneventanus, s. Marci et alii quidam. — Feria IV die 18 dicti mensis Nov. S. P. rediit ex Ostia in navi et cum eo card. Vicecancellarius, s. Petri ad vinc., Andegavensis et s. Anastasiae ac praelati quamplures. Ad quem venerandum feria VI die 20 prox. sequ. card. Senensis ante horam consistorii venit ad palatium. L. c. p. 370. 535

1491.

Mart. 14 (15?) die Sabbati S. P. ad eccl. Praenestin. vac. per ob. cardinalis s. Marci transtulit Joannem ep. Albanen, card. „Andegavensem", et ad eccl. Albanen. modo praedicto vac. promovit Joannem tit. s. Marcelli presb. card. „s. Angeli". AC Camer. I, f. 14. 536

Oct. 7 venerunt certae novae ad Urbem, episcopum Praenestin. card. Andegavensem, marchiae Ancon. legatum, in castro Ripatransonis circa horam 2 noctis intrante die Mercurii 5 hujus diem clausisse extremum, cujus a. r. i. p. Die 18 Oct. ante horam prandii per portam s. Mariae de Populo portatum fuit cadaver b. m. Joannis epi. Praenestin. usque ad ecclesiam s. Praxedis, in qua positum fuit, ut deinde in eadem in capella sibi construenda sepeliatur. — Defunctus est hic card. absque eo, quod testamentum condiderit; propterea omnia bona sua, qualiacumque fuerunt, Summo Pont. praesentata sunt ascendentia ad valorem, ut vulgo dicebatur, 100,000 duc., quorum 36000 vel 40000 fuerunt in pecunia, residuum in argento, libris et lapidibus pretiosis, pannis de rascia et aliis. Burch. Diar. ed. *Thuasne* I, 422—431. 537

Oct. 10 S. P. ad eccl. Praenestin. vac. per ob. cardinalis Andegavensis transtulit Joannem ep. Albanen. et ad eccl.

Albanen. modo praedicto vac. promovit Georgium tit. s. Mariae tr. Tib. presb. card. „Ulixbonensem". AC Camer. I, 17. Qui Georgius finito consistorio ab omnibus card. ad palatium habitationis suae juxta eccl. s. Laur. in Luc. associatus est. Burch. Diar. l. c. I, 423. 538

1492.

Mart. 22 card. de Medicis, qui die 9 Mart. 1489 cum quinque aliis card. tunc publicatis in S. R. E. card. assumptus et creatus fuit, missis sibi Florentiam capello cum annulo et titulo s. Mariae in Domn., cum prohibitione tamen expressa, ne iis, quia in 15 aetatis suae anno tantum constitutus erat, intra triennium uteretur, hoc triennio praeterlapso veniens de Florentia intravit Urbem per portam s. Mariae de Populo et facta ex more oratione ante altare ipsius eccl. b. Mariae de Pop. intravit ambitum monasterii huic eccl. contigui, ubi ei card. Ulixbon. obviam venit et confectiones praesentari fecit. Altera die card. de Medicis in illo monasterio, ubi propter pluvias remansit, a dnis. card. receptus et ad palatium apost. associatus est recipiendus a S. P., a quo ei die 26 Mart. apertum est os. Cf. Burch. Diar. l. c. I, 450—460. 539

Maii 11 feria VI Joannes card. de Medicis in secreto consistorio creatus est legatus de latere Tusciae et Florentiae; qui consistorio finito ab omnibus card. usque extra portam Viridarii associatus more solito, facto prandio in vinea Falconis Sinibaldi protonot. apost. et thesaurarii generalis, recessit eadem die iter per Florentiam arripiens. L. c. p. 475. 540

Julii 24 Federicum de s. Severino ab Innoc. VIII in S. R. E. card. die 9 Mart. 1489 promotum, sed in pectore reservatum nondumque publicatum, die 24 Jul. 1492 Romam petiisse et inter ceteros S. R. E. card. receptum esse constat. 541

Julii 25 in die s. Jacobi, sexta vel septima hora noctis, mortuus est Innocentius VIII, cujus anima requiescat in pace. L. c. p. 491. 542

Aug. 3 die Veneris Maffeus de Gerardis patr. Venetiarum, cui dudum in ejus creatione ad cardinalatum per Inn. VIII die 3 Jul. 1489 indultum fuerat, ut in proxima creatione cardinalium aut ipso Innocentio decedente haberetur pro publicato, superveniente obitu ejusdem S. P. ex Venetiis intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo, ubi eadem nocte fuerat hospitatus, et die Sabb. 4 dicti mensis, associatus a card. de Sabellis et de Ursinis, receptus fuit ad osculum pacis a cardinalibus existentibus congregatis in sacristia bas. princ. apost. de Urbe. AC Miscell. III f. 1. 543

Aug. 11 Octavianus de Fornariis clericus Januensis (postm. ep. Maranen.) in conclavi creato Alexandro VI fuit electus per sacrum collegium card. in clericum et secretarium dicti collegii vac. per resign. Joannis Lopis ipsius coll. ultimi clerici (cfr. supra IX, 17) in manibus sanctissimi domini nostri et s. collegii factam; et die 18 dicti mensis Laurentio tit. s. Caeciliae presb. card. Benevent., camerario ipsius collegii, detulit juramentum solitum de observandis statutis ipsius collegii etc. De quo rogatus fuit Henricus Brunus, etiam dicti coll. clericus (postm. ep. Hortan., cfr. infr. n. 578); et Octavianus praefatus habuit patentes dicti sui officii clericatus in forma solita registratas. N. B. Sequitur tenor illarum patentium. L. c. f. 1. 544

Aug. 31 die Veneris Alex. VI in suo consistorio secreto creavit sex cardinales legatos de latere per diversas provincias et mundi partes, videl. Julianum ep. Ostien. card. s. Petri ad vinc. Avinione, Paulum tit. s. Sixti presb. card. Januensem in Campania, Joannem Bapt. diac. card. de Sabellis in duc. Spoletano, Joannem Bapt diac. card. de Ursinis in marchia, Aschanium diac. card. et vicecancell. ad civ. Bononiae, Joannem diac. card. de Medicis in prov. Patrimonii. L. c. f. 2. 545

Aug. 31 S. P. in suo consistorio secreto, ut moris est, motu proprio providit ecclesiae Portuen. vac. per assumptionem suam ad summum apicem apostolatus de persona Joannis epi. Praenestin. card. s. Angeli nuncup. et ecclesiae Praenestin. vac. per transl. supradicti card. s. Angeli de ipsa Praenestin. ad dictam Portuen. eccl. de persona Hieronymi tunc tit. s. Chrysogoni presb. card. Racanatensis nuncup. AC Camer. I, 25 546

1493.

Febr. 4 obiit card. Aleriensis. Cfr. Burch. Diar. l. c. II, 36—39 et 47. 547

Febr. 8 die Veneris A. tit. s. Praxedis presb. card. s. Anastasiae nuncup. fuit in consistorio secreto electus et assumptus in camerarium s. collegii, cui S. P. tradidit sigillum ipsius collegii cum potestate fulminandi censuras juxta consuetudinem. AC Miscell. III, 3. 548

Febr. 27 in consistorio secreto Baptista s. Mariae novae diac. card. de Ursinis in presb. card. promotus est assignato ei tit. ss. Joh. et Pauli. Qui die 12 Mart. 1493, tunc in diaconatus ordine constitutus, in ecclesia sua ss. Joh. et Pauli in presbyterum ordinatur. Burch. Diar. l. c. II, 46 et 51 549

Oct. 20 die Dominica Jo. tit. s. Vitalis presb. card. de Comitibus vulg. nuncup., qui die Mercurii proxime praeteriti 16 hujus mensis fuit in secreto consistorio tunc per S. P. habito laetus et sanus, Romae in domibus suae solitae residentiae diem clausit extremum in 79 suae aetatis anno constitutus. Cardinales non venerunt in domum suam more solito neque cadaver fuit a praelatis et familiis cardinalium ad ecclesiam associatum, sed 20 intortitiis (accensis) sine ulla pompa consueta ad ecclesiam conventus b. Mariae de Aracoeli portatum, quia suspicio erat, ipsum ex peste defunctum esse, et post eum in 14 diebus obierunt 11 ex suis servitoribus in dicta domo etiam ex peste. Cfr. Burch. Diar. fragm. ed. *Pieper* in periodico *Röm. Quartalschrift* 1894 f. 213. 550

Oct. 26 S. P. discessit ab Urbe causa eundi in Patrimonium ad evitandam pestis suspicionem, ubi fuit per multos dies; deinde ivit Cornetum et Civitatem vetulam, postea ad Urbem veterem, ubi fuit per spatium octo dierum vel circa; rediit deinde Viterbium, postremo ad Civ. Castellanam et Fianum. Die vero Jovis 19 Dec. 1493 idem S. P. ex locis supradictis rediens intravit Urbem hora 22 ivitque ad palatium s. Petri, ubi a multis card. et aliis praelatis ac officialibus et curialibus associatus est. Cfr. AC Miscell. III, 4 et Burch. Diar. fragm. l. c. p. 213. 551

1494.

Apr. 18 die Veneris S. P. in consistorio secreto, ut moris est, creavit legatum de latere ad civ. Neapolitanam Joannem tit. s. Susannae presb. card. (Montisregalis), nepotem suum, ad incoronandum Alfonsum Neapolitanum

regem, qui cardinalis post consistorium associatus fuit per omnes card. usque ad cameras suae habitationis in palatio apostolico existentes. Cfr. AC Miscell. III, 4. 552

Apr. 24 die Jovis card. Montisregalis discessit ab Urbe causa eundi ad dictam suam legationem. L. c. 553

Apr. 22 die Martis Raymundus S. R. E. card. s. Mariae in Cosmedin, veniens de Alamania, intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo, ubi eadem nocte hospitatus fuerat, et deinde die sequ. in mane ab illo loco associatus fuit per omnes card. usque ad palatium s. Petri et ibidem per S. P. in publico consistorio receptus ad osculum pacis; et alia ceremoniae factae, prout moris est; et deinde fuit associatus per praefatos card. usque ad domum suae habitationis. L. c. 554

Maii 6 Aloysius de Aragonia, marchio Giracensis, qui 3 Jun. 1492 matrimonium contraxit cum Baptistina Cibo, Innocentii VIII nepote (!), et deinde nuper in S. R. E. cardinalem fuit assumptus et creatus, nondum tamen publicatus, militiae propterea clericali adscribi desiderans, coram Alexandro Caraffa aepo. Neapolitano in palatio et camera solitae residentiae ejusdem archiepiscopi, exutus habitu laicali, quem usque tunc tamquam marchio Giracensis detulerat, per tonsuram capitis sui per dictum archiepiscopum manu sua factam fuit clericali charactere insignitus. Burch. Diar. l. c. II, 148—150, cfr. 180. 555

Maii 29 Joannes tit. s. Susannae presb. card. Montisregalis, rediens ex Neapoli, intravit Urbem. AC Misc. III, 4. 556

Junii 28 in sero card. Ascanius S. R. E. vicecancellarius recessit ex palatio apostolico et ex Urbe et omnia sua fecit ex palatio asportari; equitavit autem ad castrum Frascati, non longe a Marino distans, ubi deinde aliquamdiu moram traxit: nescitur quam ob causam. Burch. Diar. l. c. p. 180. 557

Julii 12 die Sabbati S. P. discessit ab Urbe et ivit Vicovarum oppidum illmi. domini Virginii Ursini, ut ibi faceret verbum cum Alfonso rege Neapolitano in praedicto oppido existente. AC Miscell. III, 4. 558

Julii 17 die Jovis S. P. rediens ex dicto oppido et a civ. Tiburtina intravit Urbem hora prima noctis et associatus a praefato domino Virginio Ursino, tum custode portae palatii, fuit in palatium s. Petri. L. c. 559

Oct. 1 die Mercurii S. P. in suo consistorio secreto creavit legatum de latere ad Carolum regem Francorum F(ranciscum) s. Eustachii decanum cardinalium „Senensem", qui in fine consistorii reversus est domum, associatus a cardinalibus. L. c. 560

Oct. 8 S. P. commisit cardinali Carthaginensi, legato Campaniae nuper creato, quod iret ad legationem suam et ad Ferdinandum Siciliae regem Neapolitanum versus Urbem venientem, quem in confinibus civ. Terracinensis reciperet honorifice et usque ad civitatem deberet associare paratus. Igitur idem card. die 11 Oct. in mane absque cardinalium associatione profectus est. Burch. Diar. l. c. p. 192. 561

Oct. 17 card. Senensis recessit de Urbe profecturus in suam legationem AC Miscell. III, 5. 562

Oct. 31 post prandium card. Valentinus equitavit Marinum ex commissione papae, absens ibidem permansurus, quousque card. Ascanius ibidem praesens, qui ad vocationem papae Romam iturus erat, Marinum rediret. Dominica 2 Nov. in nocte venit ad Urbem ad palatium apost. ad papam card. Ascanius, qui cum papa ad tres horas de rebus currentibus locutus est. Burch. Diar. l. c. p. 194. 563

Nov. 3 fuit coram S. P. congregatio omnium card., cui etiam card. Ascanius interfuit, et fuit decretum in ea, eundem card. Ascanium debere ire Florentiam ad regem Franciae, qui illic infra paucos dies dicebatur venturus (venit die 17 Nov.). Card. Ascanius facto in palatio apost. prandio recessit a card. Montisregalis associatus usque ad voltam s. Pauli, ubi intravit galeam ibidem exspectantem, iturus Ostiam. Eodem die in sero rediit ad Urbem card. Valentinus ex Marino, quo missus fuerat. L. c. p. 195. 564

Dec. 2 feria tertia card. Ascanius S. R. E. vicecancellarius rediit publice ad Urbem ad palatium apost., a circiter 20 praelatis et magna comitiva associatus. L. c. p. 199. 565

Dec. 9 venerunt ad palatium apost. card. Ascanius, s. Severini, de Lunate ... et eodem sero omnes detenti ibidem manserunt. Altera die erat consistorium secretum, cui etiam dicti tres card. interfuerunt, et eo finito card. Ascanius et s. Severini missi fuerunt ad cameras superiores dicti palatii supra papam, ibidem reclusi et custoditi, card. vero de Lunate missus ad Ostiam ad tractandum ibidem quaedam occurrentia. L. c. p. 200. 566

Dec. 19 liberatus est a detentoribus card. s. Severini, qui equitavit ad regem Franciae de S. P. jussu et nomine cum eo quaedam tractaturus. L. c. 211. 567

Dec. 25 Card. Montisregalis a S. P. missus est ad regem Franciae ad castrum Brachiani, ut ipse rex alium suum mitteret, cum quo de modo et (tempore) adventus regis praedicti tractandum esset. L. c. p. 214. 568

Dec. 31 hora prima noctis Carolus rex Francorum per portam b. Mariae de Populo intravit Urbem cum exercitu suo et hospitatus est in palatio s. Marci, ubi stetit per spatium 16 dierum et postmodum die 16 Jan. 1495 recessit ex palatio s. Marci et equitavit in palatium apost., in quo fuit gratiose receptus a S. P. et ibi hospitatus usque ad 27 diem praedicti mensis Jan.; die vero 28 ejusdem cum praefato exercitu suo recessit ab Urbe cum cardinali Valentino et Magno Turcho (principe Djem) sibi tradito per S. P. et equitavit versus Neapolim causa illam expugnandi. AC Miscell. III, 5. 569

1495.

Jan. 16 feria sexta bono mane recesserunt ex Urbe Ascanius et de Lunate card. Mediolanum ituri, ut a nonnullis asserebatur. Burch. Diar. l. c. p. 221. 570

Jan. 21 B. tit. ss. Joh. et Pauli presb. card. de Ursinis nuncup. fuit in consistorio secreto electus et assumptus in camerarium s. collegii, cui S. P. tradidit sigillum ipsius collegii cum potestate fulminandi censuras juxta consuetudinem. AC Miscell. III, 5. 571

Jan. 29 nuntiatum est Summo Pont., tit. s. Crucis card. Toletanum in Hispania (Caracae die 11 Jan. 1495) diem clausisse supremum. Burch. Diar. l. c. p. 237. 572

Febr. 2 finita missa S. P. vocavit ad se cardinalem Carthagin. et ei dedit titulum s. Crucis in Jerus. vac. per ob. cardinalis Toletani, titulum vero, quem ipse card. Carthag. habuerat scil. ss. Marcellini et Petri, dedit cardinali Cenomanensi. L. c. p. 241. 573

Febr. 21 reversus est ad Urbem, a suis duntaxat associatus, card. de Lunate, qui nuper cum dno. vicecancellario recesserat. L. c. p. 241. 574

Mart. 5 card. Senensis, apost. sedis legatus ad regem Franciae tunc versus Tuscanam venientem missus, sed, ab ipso non receptus, ad Urbem reversus est, a suis duntaxat associatus. Eodem die venit ex Florentia ad Urbem card. Macloviensis, simili modo associatus. L. c. p. 244. 575

Mart. 6 recessit ex Urbe card. Montisregalis a S. P. missus iturus Nepem, obses ibidem permansurus, quousque card. Ascanius vicecancell., quem S. P. ad se venire vocavit, ad civ. Nepem reversus esset: qui vicecancell. die 7 Martii ad Urbem venit et in palatio apost. in cameris suis hospitatus est; ad Urbem rediit praefatus card. Montisregalis die 9 ejusdem mensis. Burch. Diar. II p. 244. 576

Mart. 25 s. collegium creavit et ordinavit depositarios pecuniarum communium et minutorum servitiorum ad ipsos dnos. card. ratione pilei spectantium nobiles viros heredes Ambrosii de Spannoctis et socios mercatores Senenses Rom. curiam sequentes sub illis modis et formis, quibus alii depositarii, qui pro tempore fuerunt, creari consueverunt. N. B. Sequuntur litterae Antoniotti card. s. Anastasiae in absentia B. card. de Ursinis camerarii s. collegii ipsius camerariatus officium gerentis hac de re ad illos mercatores datae. AC Miscell. III, 6. 577

Apr. 6 B. card. de Ursinis s. collegii camerarius retulit mihi Henrico epo. Ortan., ipsius s. collegii clerico, decretum et ordinatum fuisse in consistorio per ipsum s. collegium, quod cardinales Januensis, Gurcensis, Sabellus et de Columna absentes versus Neapolim apud Francorum regem tam de praesenti quam de aliis proximis divisionibus, eorum absentia durante, non (?) debeant participare, et hoc authorizante S. P. L. c. f. 7. 578

Maii 11 S. P. in consistorio secreto, ut moris est, creavit legatos de latere ad civ. Neapolim videl. ad regem Francorum Antoniottum (Pallavicini) tit. s. Praxedis presb. card. „s. Anastasiae" *) et Bernardinum tit. s. Crucis in Hierus. presb. card. „Carthaginensem". L. c. 579

Maii 27 die Mercurii S. P. discessit ab alma Urbe causa eundi ad civ. Urbevetan. cum infrascriptis card., scil.: Neapolitano, s. Angeli, Ulixbonensi, Recanatensi, s. Clementis, Parmensi, Beneventano, Ursino, Montisregalis, Alexandrino, Carthaginensi, Senensi, s. Georgii, Valentino, de Caesarinis, Ascanio, s. Severini, de Grimanis, de Farnesio, de Lunate. Causa autem hujus discessus fuit ad evitandum scandala, quae verisimiliter exoriri potuissent de adventu regis Franc. cum exercitu e Neapoli redeuntis, per Urbem transituri, attenta hominum et morum varietate, praesertim gentium armigerarum diversarum nationum et factionum, quae pro securitate S. P. et status Ecclesiae per dominos Venetos et Mediolani ducem destinata fuerunt. Et Antoniottus tit. s. Prax. presb. card. „s. Anastasiae" ex ordinatione S. P. remansit legatus in alma Urbe ad recipiendum regem praedictum et gubernandum Urbem. Die autem Lunae 1 Junii Francorum rex rediens ex Neapoli intravit Urbem hora 20 et associatus a card. s. Petri ad vinc. et Januensi per viam Transtiberis equitavit versus palatium apost., et cardinalis s. Anastasiae legatus venit obviam Majestati Suae, ut illam reciperet in dicto palatio: qui recusans limina b. Petri dumtaxat visitavit, postea venit ad hospitandum in palatio cardinalis s. Clementis in burgo s. Petri existentis. Die autem Mercurii 3 Junii discessit ab Urbe praefatus rex et cum suo exercitu equitavit versus Pisas. AC Miscell. III, 6. 580

Junii 27 die Sabbati S. P. rediens de Urbeveteri, Perusio et aliis diversis locis S. R. E. subjectis intravit Urbem per portam b. Mariae de Populo et associatus a supradictis card. et diversis aliis praelatis et officialibus Romanis et curialibus cum ingenti pompa et triumpho ivit ad palatium s. Petri. L. c. f. 8. 581

*) Minime igitur Joannem Morton tit. s. Anastasiae presb. card. „Cantuariensem".

1496.

Jan. 28 die Jovis Paulus tit. s. Sixti presb. card. Januensis nuncup. rediens ex partibus Liguriae intravit Urbem, videl. in domum suae habitationis penes sanctos Apostolos. L. c. 582

Julii 6 die Mercurii S. P. in suo consistorio secreto creavit legatum ad regem Roman. Ber(nardinum) tit. s. Crucis in Jerus. presb. card. Cartaginensem, qui finito consistorio sociatus fuit domum (scil. de Mellinis, quam ipse card. inhabitabat) per alios card., ut moris est. L. c. 583

Julii 29 praefatus card. discessit ab Urbe profecturus in suam legationem, associatus a dnis. card. usque ad ecclesiam divae Virginis de Populo. AC Miscell. III, 8; cfr. Burch. Diar. l. c. t. II p. 291—334. 584

Oct. 26 fuit consistorium secretum, in quo card. de Lunate creatus et publicatus fuit legatus ad assistendum expugnationi castrorum ... Gentilis Virginii Ursini etc. Altera die card. de Lunate, legatus, et dux Gandiae, capitaneus, cum duce Urbini ac omnibus eorum gentibus ... exierunt Urbem ituri ad Anguillariam et alias terras et loca Gentilis Virginii Ursini, omnia successive debellaturi. Burch. Diar. l. c. p. 336 et 337. 585

Dec. 16 card. Columna, qui post recessum regis Franciae in Urbe non fuit, a suis duntaxat associatus ad Urbem rediit. L. c. p. 341. 586

Dec. 18 Joannes s. Mariae in via lata diac. card. Capuanus, sedis apost. legatus, a suis duntaxat associatus per portam Lateranensem intravit Urbem et equitavit usque ad monasterium s. Mariae novae, ubi hospitatus et altera die ab aliis card. receptus ad palatium apost. associatus est. L. c. p. 341—343. 587

Dec. 22 in sero card. de Sabellis ad Urbem rediit a suis duntaxat associatus et cum eo Petrus ep. Caesenaten., curiae causarum apostolicae generalis auditor, qui ambo alias regem Franciae ab Urbe recedentem secuti sunt et ab ea die citra ad Urbem usque modo non reversi. In sero sequenti visitarunt Summum Pont., a quo fuerunt more solito recepti. L. c. p. 343. 588

1497.

Jan. 4 S. R. E. cardinalium tam in Urbe praesentium quam absentium nomina fuerunt 40*), videlicet: Oliverius ep. Sabinen. card. Neapolitanus vulg. nuncup. (v. s. VI, 3), Julianus ep. Ostien., major poenitentiarius, card. s. Petri ad vinc. vulg. nuncup. (VII, 2), Baptista ep. Tusculan.

*) Vel potius 42; nam Antoni(ott)us tit. s. Praxedis presb. card. s. Anastasiae et Joannes tit. s. Susannae presb. card. Montisregalis confusi sunt in unum scribenso: „Antonius tit. s. Praxedis presb. card. Montisregalis," Philippus autem tit. ss. Marcellini et Petri presb. card. de Lucemburgo omissus est.

card. s. Mariae in Porticu vulg. nuncup. (VI, 9), Joannes Michael Angelus ep. Portuen. card. s. Angeli vulg. nuncup. (VI, 10), Georgius ep. Albanen. card. Ulixbonensis vulg. nunc. (VII, 11), Hieronymus ep. Praenestin. card. Rechanatensis vulg. nuncup. (VII, 17), Ludovicus Joannes tit. ss. IV Coron. presb. card. Ilerdensis, absens (IV, 1), Dominicus tit. s. Clementis presb. card. Taurinensis (VII, 23), Paulus tit. s. Sixti presb. card. Januensis vulg. nunc. (VII, 24), Joannes Jacobus tit. s. Steph. in C. M. presb. card. Parmensis (VII, 32), Andreas tit. s. Martini in mont. presb. card. Burdegalensis (VIII, 4), Laurentius tit. s. Marci presb. card. Beneventanus nuncup. (VIII, 1), Joannes tit. s. Susannae presb. card. Montisregalis vulg. nunc. (IX, 1), Antoni(ott)us tit. s. Praxedis presb. card. s. Anastasiae vulg. nunc. (VIII, 3), Joannes tit. s. Anastasiae presb. card. Cantuariensis vulg. nunc. (IX, 11), Baptista ss. Joh. et Pauli presb. card. de Ursinis vulg. nunc. (VII, 33), Federicus tit. s. Luciae in Sept. presb. card. Gnesnensis et Cracoviensis, absens (IX, 12), Joannes tit. s. Sabinae presb. card. s. Dionysii vulg. nunc. (IX, 2), Joannes Antonius tit. ss. Nerei et Ach. presb. card. Alexandrinus vulg. nunc. (IX, 3), Bernardinus tit. s. Crucis in Jer. card. Seguntinus vulg. nunc. (IX, 4), Raymundus tit. s. Mariae novae presb. card. Gurcensis vulg. nunc. (IX, 10), Guilelmus tit. s. Pudentianae presb. card. Macloviensis vulg. nunc., absens (IX, 15), Philippus tit. ss. Marcellini et Petri presb. card. de Lucemburgo vulg. nunc. (IX, 16), Bartholomaeus tit. s. Agathae card. Segobricensis vulg. nunc. (IX, 18), Joannes Antonius tit. s. Mariae tr. Tib. presb. card. Capuanus vulg. nunc. (IX, 17), Joannes tit. s. Priscae presb. card. Agrigentinus vulg. nunc. (IX, 19), Franciscus tit. s. Eustachii (diac.) card. Senensis vulg. nunc. (V, 5), Raphael tit. s. Georgii ad velum aur. diac. card., S. P. camerarius (VII, 22), Joannes Bapt. tit. s. Nicolai in carcere Tull. diac. card. de Sabellis vulg. nunc. (VII, 27), Joannes tit. s. Mariae in Aquiro diac. card. de Columna vulg. nunc. (VII, 28), Ascanius Maria tit. ss. Viti et Modesti diac. card. Sfortia vicecomes, S. R. E. vicecancellarius (VII, 34), Petrus tit. s. Adriani diac. card. magnus magister Rhodi vulg. nunc., absens (VIII, 5), Joannes tit. s. Mariae in Dominica diac. card. de Medicis vulg. nuncup. (VIII, 7), Federicus tit. s. Theodori diac. card. s. Severini vulg. nunc. (VIII, 8), Hippolytus tit. s. Luciae in Sil. diac. card. Estensis vulg. nunc. (IX, 13), Caesar tit. s. Mariae novae diac. card. vulg. nunc., permutavit (IX, 5), Julianus tit. s. Sergii et Bacchi diac. card. de Caesarinis vulg. nunc. (IX, 6), Dominicus tit. s. Nicolai inter imag. diac. card. Grimanus vulg. nunc., patriarcha Aquilegien. (IX, 7), Alexander tit. ss. Cosmae et Dam. diac. card. de Farnesio vulg. nunc. (IX, 8), Bernardinus tit. s. Cyriaci in thermis diac. card. de Lunate vulg. nunc. (IX, 9), Joannes tit. s. Mariae in via lata diac. card. Borgia vulg. nunc. (IX, 20), Aloysius tit. s. Mariae in Cosm. diac. card. de Aragonia vulg. nunc. (IX, 14). Sequuntur subdiaconi apostolici (no. 5), auditores rotae (no. 12), magister s. palatii (Paulus de Monelia Januensis O. Praed.), clerici camerae (no. 7) causarum cam. apost. generalis auditor (Petrus de Vicentia, ep. Caesenaten.), acolythi apostolici (no. 8), sacrista capellae S. P. (Joannes Paulus de Bossis abbas mon. s. Sebastiani O. Cist. extra muros Urbis), magister domus S. P., clerici ceremoniarum dictae capellae (no. 4), clerici campanarii (no. 2), clerici s. collegii (no. 2), protonotarii participantes (no. 7), poenitentiarii S. P. (no. 11), scil. pro nationibus Alamanica superiori, Alam. infer., Anglicana, Polonica, Ungarica singuli, pro Italica, Gallica, Hispanica bini. Cfr. Burch. Diar. l. c. II, 346—351. 589

Maii 6 Papa equitavit Ostiam Tiberinam et cum eo Valentinus et de Borgia cardinales (ad tractandum cum Juliano tit. s. Petri card.); reversus est inde die Lunae 8. Aug. L. c. p. 365. 590

Maii 22 feria II fuit consistorium secretum, in quo card. de Borgia fuit pronuntiatus et creatus legatus ad civ. et comit. Perusiae et propterea consistorio finito ab omnibus card. est collegialiter usque ad cameram suae residentiae, quam in palatio apost. habebat, associatus. L. c. p,. 368. 591

Junii 8 fuit consistorium secretum, in quo S. P publicavit legatum de latere cardinalem Valentinum ad inungendum et coronandum Federicum de Aragonia Siciliae regem, qui finito consistorio ab omnibus card. praesentibus fuit associatus usque ad cameram suam. L. c. p. 387. 592

Aug. 23 fuerunt celebratae exequiae pro card. de Lunate die 8 Aug. defuncti. L. c. p. 392—398. 593

Sept. 6 Caesar s. Mariae novae diac. card., qui pridie regressus est a legatione sua, rege Neapolitano coronato, est receptus a dnis. card. more legatorum solito (apud monasterium b. Mariae novae). AC Miscell. III, 8. 594

Sept. 23 in mane Ascanius vicecancellarius recessit ex Urbe iturus ad eccl. b. Mariae de Loreto ex voto et rediit 21 Oct. 1497. Burch. Diar. l. c. II, 406 et 410. 595

Dec. 2 card. de Borgia, Perusiae Umbriaeque legatus, rediit ad Urbem de legatione sua, a suis tantummodo associatus. L. c. p. 414. 596

Dec. 9 obitus card. Parmensis. AC Miscell. III, 8; cfr. Burch. Diar. l. c. II, 414—416. 597

Dec. 12 (vel potius 11) introitus card. Ferrariensis et 8 Jan. 1498 aperitio oris ejusdem. AC Miscell. III, 8. 598

1498.

Mart. 21 card. Grimanus, ad eccl. patr. Aquilegien. promotus, a Georgio ep. Milopotamen. in presb. est consecratus; die autem 28 Mart. S. P. ecclesiam s. Nic. inter imag., quae ecclesia diac. erat, in eccl. presb. erexit et eidem card. Grimano dedit in titulum. Burch. Diar. l. c. II, 439 et 440. 599

Mart. 22 Paulus de Campofregoso tit. s. Sixti presb. card., aep. Januen., spiritum reddidit Creatori. Burch. Diar. l. c. p. 435—438 et 440—442. 600

Julii 4 die Mercurii, quae fuit dies consistorii, quum certis respectibus B. tit. s. Crucis in Jerus. presb. card., s. collegii camerarius, statuisset, quod divisio pecuniarum commun. et minut. servit., quae in vigilia apostolorum Petri et Pauli fieri debuisset, ad octo dies differatur, et inter dnos. card. super participio absentium sermo haberetur, conclusum fuit, quod in dicta divisione cardinales Neapolitanus, Beneventanus, Grimanus, Senensis et de Borgia participent, ac si praesentes essent. Statutum quoque fuit per eosdem card. in dicto consistorio assistentes, authorizante S. P., quod cardinales absentes, qui per unum annum continuum vel saltem interpolatum in Urbe Roma, vel ubi S. P. cum sua curia moram traxerit, non residerent,

etiamsi eis os apertum fuerit, quotiescunque contigerit eis de ecclesiis, monasteriis aut aliis beneficiis provideri, teneantur solvere omnia jura cameris papae et s. collegii ratione hujusmodi provisionum aut commendarum debita, perinde ac si cardinalatus dignitate minime fungerentur: esto, quod eis sit os apertum. AC Miscell. III, 9. 601

Junii 13 card. de Borgia recessit de Urbe iturus Perusiam ad legationem suam, a suis tantum associatus. Burch. Diar. l. c. II, 489. 602

Sept. 18 obiit card. de Sabellis in castro suo Pandulfi, cujus cadaver portatum fuit Romam et ibidem in eccl. b. Mariae de Aracoeli sepultum. Burch. Diar. l. c. II, 495 et AC Miscell. III, 9. 603

Oct. 1 Caesar, nepos (!) S. P., olim card. Valentinensis (Valencia in Hisp.), resignato (die 17 Aug. 1498) cardinalatu effectus est dux Valentinensis (Valence in Gallia) et recessit ab Urbe, ivit versus Franciam per mare. AC l. c. f. 9. 604

Oct. 15 card. Perusinus absolutus fuit a vinculo, quo tenebatur ecclesiae Perusinae, et ad eccl. Capuan. translatus; qui desiit deinceps vocari Perusinus et Capuanus est appellatus. Burch. Diar. l. c. II, 498. 605

Dec. 28 rediit ad Urbem card. Borgia ex Viterbio, rebus ibidem ad vota compositis, dimisso ibidem Ludovico Angelo aep. Cusentin., quem S. P. post recessum praedicti card. illuc ad assist. et consul. eidem card. miserat. L. c. p. 504. 606

1499.

Jan. 9 In consistorio card. s. Crucis finito anno (camerariatus) resignabat in manibus S P. sigillum, sicut consuetum est: et sic fuit per ipsum S. P. datum cardinali Segobricen., qui immediate post card. s. Crucis habet locum, cum consuetis auctoritatibus et praerogativis. Praedictus card. s. Crucis legit deinde quasdam reformationes et additiones officii camerariatus in utilitatem cardinalium fiendas necnon cedulam de rebus per eum gestis anno praeterito, quorum exemplum de verbo ad verbum insertum est libro relationum consistorii. Quibus perlectis et admodum laudatis ordinatum fuit, ut in posterum servarentur. Expeditiones ecclesiarum (cathedr.) et monast. factae et exactae a. 1498 ascendunt ad summam 23000 fl. AC Miscell. XLIV, 23 et 25. Cfr. infra p. 58. 607

Jan. 28 S. P. equitavit Ostiam (Tiber.) et cum eo dnus. Capuanus Borgia card., qui redierunt inde ad Urbem die 31 Jan. Burch. Diar. l. c. p.. 507. 608

Jan. 29 card. Neapolitanus ex regno Neapol. rediens intravit Urbem per portam s. Pauli, a card. s. Crucis et Senensi exspectatus et associatus usque ad ecclesiam s. Sabae, advenientibus obviam ei successive aliis card. scil. de Ursinis, de Medicis, s. Severini, Ulixbonensi, qui omnes eundem ad domum suam associarunt, ubi illis ex equo gratias egit. L. c. p. 507. 609

Febr. 10 in sero venit card. Gurcensis, a nemine associatus; hospitatus est in conventu b. Mariae de Populo, ubi card. Ulixbonensis fecit omnia parari pro eo. L. c. 509 cfr. 513.*) 610

Mart. 20 S. P. in suo consistorio secreto cum voluntate et communi consensu dnorum. card. revocavit assignationem, quam fecerat alias duci Candiae (Gandiae, filio suo) de ducatu et civ. Beneventan., et eandem civ. cum suis pertinentiis restituit ecclesiae Romanae. AC Miscell. III, 9. 611

Apr. 29 S. P. absolvit cardinalem Gurcen. a vinculo, quo tenebatur ecclesiae s. Vitalis, concessa tamen ipsa ei in comm., et evexit ecclesiam b. Mariae novae in eccl. et tit. presb. atque ipsam ei dedit in tit. Burch. Diar. l. c. II,528. 612

Julii 14 Ascanius vicecancellarius, fingens se iturum ad venandum, recessit ab Urbe per portam castri s. Angeli, non petita licentia a S. P., iturus Mediolanum pro magnis rebus statum Ludovici ducis Mediolani, fratris sui, concernentibus. L. c. p. 546 cfr. 548. 613

Aug. 3 ante diem recessit ex Urbe card. s. Severini, iturus Mediolanum, cum bona gratia et licentia S. P. L. c. 549. Cui 12 Nov. 1498, cum petivisset annatam sibi gratis concedi, licet constitutione quadam cautum esset, quod cardinales ultra annum a Curia absentes illo privilegio minime gauderent, tamen respectu illius ex gratia concessum erat. Cfr. AC Miscell. XLIV., 4 et supra n. 601. 614

Aug. 6 obiit Joannes tit. s. Sabinae presb. card. „s. Dionysii“ vulg. nuncup. (Burch. Diar. l. c. 549, 552, 553, 557—560, 561, 564.) 615

Aug. 9 S. P. in suo consistorio secreto, ut moris est, creavit legatum de latere ad dominationem Venetorum et ad alias potestates Joannem s. Mariae in via lata diac. card. de Borgia, qui die 26 Aug. prox. sequ. recessit ab Urbe. AC Miscell. III, 9. 616

Sept. 23 Baptista tit. ss. Joh. et Pauli presb. card. de Ursinis recessit ab Urbe et ivit versus Mediolanum ad regem Franciae. L. c. 617

Oct. 11 feria VI S. P. in suo secreto consistorio pronuntiavit apost. sedis legatum civ. et comitatus Perusin. ac Tudertin. Raym. cardinalem Gurcen., qui tamen ab aliis card. non fuit associatus ad domum, cum legatio hujusmodi sit in terris Ecclesiae. Pronuntiavit etiam idem S. P., post recessum cardinalis Ascanii legati Bononien. nuper hujusm. legationem cessavisse, et legatum Bonon. pronuntiavit

---

*) In consistorio die 12 Nov. 1498 habito cardinalis Senensis legit litteras cardinalis Gurcensis, quibus significabatur adventus ejus ad Urbem; sed ajebat se iter fecisse Lugduno Avinionem propter nonnullas causas Pontifici notas. Deinde, cum intellexisset vacasse ecclesiam Bisuntin., illam instantissimis precibus petebat, offerens, cum primum possessionem ecclesiae Meten. assequeretur, ad quam reservationem a Pontifice se habere dicebat, illico Bisuntinam se dimissurum. Et cum Romam aplicuerit, Gurcensem cedere nolebat, si de Bisuntina ei provideretur. Cfr. Lib. relat. consist. a 12 Nov. 1498 usque ad 5 Jul. 1499 (AC Misc. XLIV f. 3). — In consistorio 23 Jan. 1499 habito card. Senensis legit litteras cardinalis Gurcensis ex Aviliana 16 Jan. 1499 datas, quibus significabat se fore propediem Florentiae vel saltem Bononiae, inde Romam venturum; agens gratias S. Pontifici, quod de Bisuntina eccl. nihil ad hanc diem statuerit, et supplicans, ut hac in re supersedere velit usque ad suum ipsius adventum; deinde, ut ipsum apud regem Franc. excuset, quod ex Francia ad Urbem venturus discesserit; postremo, ut domum sibi cum suppelectili rebusque necessariis paret, ne postea mendicatum ire cogatur. L. c. f. 30. — Card. Gurcen. 3 Mart. 1499, quum ecclesiae Bisuntin. Franciscus de Busleyden praeficeretur in aepum., cessit omni juri, si quod ad illam eccl. haberet, supplicans pro nonnullis beneficiis in locis tum imperialibus tum archiducis Philippi vacaturis usque ad summam 3000 fl., quousque ecclesiam Meten. vigore suae reservationis assequeretur. L. c. f. 38. Cfr. infra lib. II s. v. Magalonen. et Tullen.

cardinalem de Borgia, licet forte tunc etiam ab Urbe absentem. Burch. Diar. l. c. II, 569. 618

Oct. 15 feria III recessit ab Urbe card. Grimanus iturus Venetias pro liberatione Antonii Grimani genitoris, qui in dies ibidem exspectabatur, per Dominium detentus, judicandus. L. c. p. 569—570. 619

Nov. 16 reditus card. de Ursinis (ex illa legatione, de qua supra n. 617). AC Miscell. III, 9. 620

Nov. 21 die Jovis post prandium card. s. Georgii equitavit cum suis ad venationem et deinde se contulit ad Montemrotundum, de quo loco post paucos dies recessit et per devia, cum non omnibus confideret, pertransiens cum paucis servitoribus suis ad Sarzanam pervenit, ubi decrevit aliquantulum morari. Burch. Diar. l. c. II, 578 s. 621

1500.

Jan. 14 Romam venit nuntius, card. Borgiam (IX, 20) ex Bononia, ut Romam veloci accessu veniret, Urbinum applicuisse et ibi in febrim incidisse medicis valde suspectam; captura tamen arcis Forolivien. intellecta equum ascendisse iturum Forolivium ad ducem Valentinum (Caesarem de Borgia), ei congratulaturum de victoria, sed, cum celeri accessu Forum Sempronium pervenisset, febrim vehementissimam rediisse, de qua exspiravit in nocte, post diem Jovis 16 dicti mensis Jan. Cadaver ejus portatum fuit die Lunae 27 mensis Romam et depositum in ecclesia b. Mariae de Populo, ubi nulla ejus memoria habetur nec sunt ei celebratae exequiae. L. c. III, 11. 622

Mart. 6 die Veneris card. Gurcensis rediit ad Urbem de legatione sua Perusina, sine licentia papae, ut intellexi (ego Jo. Burchardus mag. ceremon.). L. c. III, 23. 623

Mart. 29 die Dominica S. P. in ecclesia s. Petri ad missam creavit et fecit Caesarem ducem Valentinen. vexilliferum et capitaneum generalem S. R. E. AC Miscell. III, 9; cfr. Burch. Diar. l. c. III, 26—31. 624

Mart. 25 circa horam 24 obiit Romae in domo sua in Campo Martio Bartholomaeus tit. s. Agathae presb. card. Segobricen. Burch. Diar. l. c. III, 38—40; cfr. II, 521. 625

Apr. 16 venit ex Lombardia unus ex gentibus Caroli Ursini, qui dixit Papae, cardinalem Ascanium die Dominica Palmarum (10 Apr.) fuisse per ipsum Carolum Ursinum in quodam castro districtus Placentin., cum esset in fuga (Ludovico duce Mediolan., fratre ejus, victo in conflictu cum Gallis), captum et omnia illius bona ad valorem 200 000 duc. ascendentia esse data in praedam et eundem card. ductum Venetias ac dominio Venet. consignatum ad custodiendum. L. c. III, 35. 626

Maii 15 card. Ascanius, qui Venetiis detentus consignatus est oratoribus regis Franc. in Franciam ducendus, cum aliis detentis intravit Mediolanum, qui omnes ducti sunt ad castrum Mediolan., deinde (15 Jun. 1500) in Franciam. L. c. p. 41 et 46. 627

Maii 19 card. de Medicis, qui ante plures menses recessit ex Urbe iturus ad Alamanniam cum paucis ex suis in habitu mercatorum et visurus mundum plura passus est per viam, rediit ad Urbem salvus. L. c. p. 41. 628

Junii 27 Sabbato in sero card. Gurcensis rediit ex legatione sua Perusina ad Urbem. L. c. p. 64. 629

Julii 29 card. Ursinus in consistorio secreto renuntiavit legationi Marchiae et pronuntiatus legatus Bononiensis et finito consistorio praeter solitum ab omnibus card. ad domum habitationis suae associatus. L. c. p. 71. 630

Oct. 5 die Lunae S. P. in suo consistorio secreto creavit tres legatos de latere ad diversas provincias, regna et nationes, videl. Ray(mundum) tit. s. Vitalis presb. card. Gurcen. ad regem Rom., Petrum presb. card. Reginen. (adhuc titulo carentem) ad regem Ungariae, Joannem presb. card. Salernitan. (adhuc tit. carentem) ad Franc., Hispan., Portug. et Angliae reges. AC Miscell. III, 10. 631

Oct. 26 finito consistorio secreto card. Gurcensis, legatus ad Germaniam designatus, fuit associatus ab omnibus card. de consistorio extra portam Viridarii more solito, arrepturus iter ad provinciam sibi deputatam; equitavit per prata ad conventum b. Mariae de Populo, ubi mansit usque ad diem Jovis 29 Oct., qua in mane inde recessit, iter suum dirigens versus Alemaniam in nomine Domini. Burch. Diar. l. c. p. 83. 632

Nov. 1 Hodie venerunt litterae a rege Angliae ad Urbem, quibus significavit, Joannem tit. s. Anastasiae presb. card. Cantuariensem die 15 mensis Sept. prox. praeteriti diem suae vitae clausisse extremum. Cujus a. r. i. p. Burch. Diar. l. c. p. 84. 633

Nov. 16 finito consistorio secreto card. Reginus, legatus ad Hungariam designatus, ab omnibus card. associatus est extra portam Viridarii, iter arrepturus versus legationem et provinciam sibi deputatam; in sero autem rediit secreto ad domum suam et in sero diei Jovis 19 equitavit ad palatium ad Papam, a quo fuit tunc in omnibus expeditus; deinde recessit. L. c. p. 85. 634

Nov. 23 scriptum fuit his diebus praeteritis ad Urbem, Andream tit. s. Mart. in mont. presb. card. Burdegalensem sive Lugdunensem die 11 praesentis mensis in partibus diem clausisse extremum, cujus a. r. i. p. — L. c. p. 86. 635

Nov. 27 in consistorio secreto card. Arborensis pronuntiatus fuit legatus Perusiae et non fuit associatus ad cameram suam sive domum. L. c. p. 86. 636

1501.

Febr. 8 S. P. in suo consistorio secreto deputavit tres ex card., in suo ordine priores, scil. Neapolitanum epum., tit. s. Clementis presb. et Senensem diac. card. depositarios pecuniarum omnium decimarum exigendarum et in expeditionem contra Turcam exponendarum. AC Miscell. III, 10. 637

Apr. 22 reversus est ad Urbem card. s. Severini, intravit per portam b. Mariae de Populo, associatus a nonnullis card. usque ad domum suam. Heri card. Arborensis, legatus Perusinus, rediit ad Urbem de legatione sua ad horam consistorii, tamen non venit ad consistorium. Burch. Diar. l. c. 127 et 128. 638

Apr. 23 circa horam 2 noctis obiit card. s. Clementis, qui eadem die, ante prandium, publicum fecerat testamentum suum. L. c. p. 128—130, 133—135. 639

Maii 7 in civ. Patavina obiit (veneno) card. s. Mariae in Porticu, cujus a. r. i. p. De quo venerunt certa nova ad Urbem (die 10 Maii); tunc eadem die archipresbyteratus basilicae b. Petri, per ipsius obitum vacans, per S. P. collatus est cardinali Capuano, qui altera die accepit possessionem ejus. Die autem 14 Maii in consistorio secreto card. Ulixbonensis ab Albanen. ad Tusculan. eccl. simili modo (i. e. per ob. cardinalis s. Mariae in Porticu) vac. translatus et card. Beneventanus pronuntiatus est episcopus Albanen., qui finito consistorio more solito associatus est ad domum suam, palatium s. Marci. L. c. 135—136; cfr. 338. 640

Junii 17 card. Borgia (IX, 24) intravit Urbem per portam de Populo, cui venerat obviam capitaneus portae palatii apost., laicus, frater suus germanus, ad duo millia vel circa extra pontem Milvium, et ad milliare card. Capuanus; die autem sequ. ab omnibus card. a claustro de Populo ad palatium apost. associatur. Burch. Diar. III, 143—145. 641

Junii 22 recessit ab Urbe card. Cusentinus, iturus ad terras Columnensium et recepturus nomine Papae possessionem Rocchae Papae et omnium terrarum et castrorum Columnensium eorundem. L. c. p. 146 cfr. 143, 148, 170. 642

Aug. 5 Joannes card. Capuanus Romae apud s. Petrum in palatio apost. in camera suae habitationis emisit spiritum, cujus a. r. i. p. Amen. L. c. p. 155—160. 643

Nov. 13 rediit ad Urbem card. Salernitanus ex legatione sua marchiae Anconitanae. L. c. p. 169. 644

Dec. 23 card. Estensis rediit ad Urbem, solemniter receptus et associatus. L. c. p. 173—176. 645

1502.

(*Febr. 17*) profectio S. P. versus Plumbinum. AC Miscell. III, 10. 646

Mart. 11 S. P. reversus est in Urbem a terra Plumbini cum dnis. card., qui cum ipso iverant. L. c. et Burch. Diar. l. c. 192—197. 647

Mart. 13 intravit Urbem card. de Alibretto (!) per portam b. Mariae de Populo et altera die ab aliis card. associatus ad palatium apost., a S. P. recipiendus, et post receptionem ad domum vicecancellarii, Papa sic volente, licet fuisset ordinatum, quod remaneret in palatio in cameris capitanei praeordinatis. Burch. Diar. l. c. p. 197—199, cfr. II, 526. 648

Junii 21 card. de Alibretto (!) et Franciscus Trochia, secretarius S. P., a S. P. Savonam missi esse dicuntur, ut cardinalem s. Petri ibi residentem fraude caperent et velocius quo possent Romam ducerent et Papae praesentarent. L. c. p. 209—210. 649

Julii 12 card. Ursinus petiit audientiam a S. P., licentiam eundi Mediolanum ad regem Franciae ibi existentem impetraturus; qua audientia non obtenta in nocte sequenti recessit ex Urbe iturus Mediolanum absque licentia S. P. L. c. p. 212. 650

Julii 12 redierunt ad Urbem secreto, prout etiam recesserant, card. de Alibretto et Franciscus Trochia, qui commissionem eis datam non fuerunt exequuti, Domino cardinalem s. Petri de manibus impiorum praeservante. L. c. p. 212. 651

Julii 20 Joannes Bapt. de Ferrariis card. Mutinensis et Capuanus in palatio apost. apud s. Petrum in cameris suae habitationis obiit. Requiescat in pace. Eadem die fuit consistorium secretum, in quo S. P. ecclesiam Capuan. per illius card. obitum vacantem commendavit cardinali Estensi et ecclesiae Mutinen. simili modo vac. Franciscum de Ferrariis, hominem rusticum et laicum, ipsius card. fratrem germ., praefecit in episcopum. L. c. 212—221. 652

Sept. 2 die Veneris S. P. accessit Nepe, Gallesium et Civ. Castellanam et die 21 Sept. reversus est Romam cum dnis. card., qui cum ipso iverant. AC Miscell. III, 10. 653

Nov. 26 card. de Farnesio, legatus marchiae Ancon. de mense Oct. proxime praeteriti designatus et publicatus, recessit ex Urbe ad legat. suam. Burch. Diar. l. c. III, 224. 654

Dec. 3 card. Arborensis recessit ex Urbe iturus Perusiam ad legationem sibi destinatam. L. c. 655

1503.

Jan. 3 Baptista tit. ss. Joh. et Pauli presb. card. Ursinus nuncup. fuit detentus in castro s. Angeli et die Mercurii 22 Febr. ab hac vita discessit et fuit sepultus in s. Salvatore de Lauro. AC Miscell. III, 10. 656

Febr. 15 finito consistorio, cui card. Estensis interfuit, idem card. recessit ex Urbe rediturus Ferrariam. Burch. Diar. l. c. III, 237. 657

Mart. 10 Franciscus tit. s. Caeciliae presb. card. Cusentinus nuncup., s. collegii camerarius, per litteras patentes notum facit, quod, cum alias haeredes Laurentii de Medicis et socii de Urbe, mercatores in Romana curia et tunc pecuniarum ejusdem s. collegii depositarii, essent debitores ipsius collegii de certa magna et notabili pecuniarum summa (causa et occasione communium et minutorum servitiorum) et praesertim in summa 3124 duc. et 18 sol., et cum propter temporum discrimina et sinistros casus et eventus dictorum haeredum et sociorum ipsi haeredes et socii non possent suis creditoribus in pecunia numerata satisfacere fuerintque propterea creati nonnulli syndici et officiales rebellium ad exigendum et solvendum eorum credita et debita respective, et ipsi syndici et officiales dedissent in solutum dicto collegio quasdam domos et duo praedia, illae domus postmodum per quondam Laurentium Joannis de Tomabonis dicti collegii procuratorem pro 2248 duc. et 40½ sol. ipsi collegio solutis, illa autem duo praedia existentia in comitatu Florentiae, quae remanserunt eidem collegio, Juliano de Tomabonis can. Florentin. pro residua summa 874 duc. 27 sol. 8 den. vendita sunt, quare supradicti haeredes Laurentii absolvuntur et quittantur. AC Miscell. III, 10. 658

Julii 3 Petrus s. Adriani (diac. card.), magnus magister Rhodi nuncup., diem suam obiit in civ. Rhodi. L. c. 659

Aug. 18 die Veneris Alex. VI Romae in palatio apost. circa 21 horam diem suum clausit extremum et die Sabbati prox. sequ. ejus corpus fuit in capella Calisti III coram altare b. Mariae de Febribus sepultum. Die 4 Sept. 1503 die Lunae fuerunt coeptae exequiae ipsius Alex. VI in basilica s. Petri princ. apost. et continuatae per novem dies cum consuetis ceremoniis. L. c. f. 14. 660

Sept. 3 in sero venerunt ad Urbem cardinales s. Petri ad vinc. et Cumanus. Burch. Diar. l. c. III, 257. 661

Sept. 6 hora vesperarum venit ad Urbem card. Columna. L. c. p. 258. 662

Sept. 9 circa horam 21 ingressus est Urbem per portam Viridarii card. s. Georgii camerarius (S. P.). L. c. p. 262. 663

Sept. 10 in sero intraverunt Urbem cardinales Rothomagensis, Ascanius et de Aragonia per portam Populi. L. c. p. 262. 664

Oct. 18 die Mercurii 18 Oct. Pius III Romae in palatio apost. noctis antecedentis circa dimidiam noctem diem suum clausit extremum et eo die ejus corpus fuit portatum in basil. princ. apost. et sepultum in capella s. Andreae apud sepulchrum Pii II ejus patrui et exequiae fuerunt coeptae die 20 et per 9 dies, ut moris est, continuatae cum ceremoniis debitis et consuetis. AC Miscell. III, 15. 665

Appendix II.

De camerariatu s. collegii.

A. Statuta ad camerariatum s. collegii pertinentia.

1) Statuta et ordinationes sacri collegii Cardinalium de officiis et potestate camerarii ipsius collegii sub Paulo papa II. *)

Quia tunc magis res omnes, et publicas et communes, crescere, augeri et ampliari tam natura quam experientia ipsa videmus, quando ad id cuncti, quorum interesse convenit, in commune consulunt, curam meditationemque adhibent; inque ipsis augendis et ampliandis per se quisque non modo simul, aut vocatus, verum et vicissim et semper, tum consilio tum favore tum vel maxime speciali excogitataque cura aliqua indefesse invigilat, communi rei et utilitati ut suae inserviendo, labores, si qui sint, sicut et emolumenta inter se dividendo, libenterque obeundo, ac per hujusmodi vicissitudinem mutuamque rerum communium curam et diligentiam, qualia sua esse cupiunt, quantum in eis positum est, talia per se faciendo; quod cum ita sit, nos episcopi, presbyteri et diaconi S. R. E. cardinales in unum congregati et sacrum collegium repraesentantes statuimus et ordinamus, Smo etiam D. N. annuente et consentiente, ut ipsius nostri collegii camerariatus, qui communem ipsam utilitatem communeque emolumentum spectat, posthac communiter per omnes et singulos reverendissimos dominos cardinales vicissim exerceatur, tractetur et curetur hoc modo, videlicet: Ut anno D. N. Jesu Christi 1467, qui primum inter dominos cardinales locum suo ordine obtinet, magistratum, onus et officium ipsum accipiat et Smo D. N. a s. collegio praesentatus sigillum et facultatem censurarum a S.tate sua accipiat, illudque officium exercere incipiat secundum statuta et ordinationes inferius adnotandas per annum integrum. Quo exacto sine aliqua convocatione dominorum cardinalium vel resignatione officii intelligatur ipso facto penitus expirasse dictum officium. Quod deinde cardinalis in loco secundus idem per alium annum agat; ac denique singuli deinceps iisdem conditionibus tractent, quoad omnis noster numerus impleatur. Cum vero numerus ipse cardinalium omnis emensus, evolutus et completus erit, repetito principio primus item cardinalium officium ipsum repetat atque exerceat absque ullo salario et emolumento, ut qui non alienas sed res suas agat, sitque paulo post beneficium idem et vicem ab alio accepturus: ea re contentus, quae haud parva existimanda est, quod communitati inserviat, rem gratam collegio et fratribus faciat; quod, sicut de unoquoque sperandum, imo confidendum est, dum utiliter, fideliter, diligenter magistratum et officium ipsum exercet, inde laudem et honorem, non vulgare praemium, mereatur; nam ingenuis et tantae dignitatis, exellentiae ac praeeminentiae viris, quemadmodum nullum omnino maius his praemium excogitari aut inveniri potest, ita nec expectandum certe est.

Item quod dictus camerarius, qui pro tempore fuerit, quantum potest, conformet se camerario D. N. Papae et camerae apostolicae et e converso, ut caritas servetur et pari distributione quilibet habeat manere contentus; et si aliqua inter eos contentio suboriatur, referat D. N. Papae in praesentia ipsius collegii et camerarii D. N. Papae.

Item quod dictus camerarius non possit facere aliquam prorogationem seu dilationem aliquam, nisi de centum tantum ducatis et nisi semel dumtaxat et ad 4 vel 6 menses tantum: et hoc intelligatur, quando camera apostolica dilationem vel prorogationem praedictam faciat; remissionem autem in totum vel in partem facere nullo modo possit sine consensu etiam singulorum. Et si aliquam dilationem vel prorogationem aliter fecerit, habeatur pro infecta, et de suo illud solvere teneatur neque super hoc remissio aliqua impetrari possit. Item quod in dictis remissionibus faciendis non consentientibus sua portio detur, ac si facta non esset remissio illa. Item quod nulla propositio remissionis seu dilationis fieri per camerarium aut aliquem alium ex revmis. Dominis in praesentia partium possit, nec vota etiam super hiis dari; alioquin ipsa vota sint nulla.

Item quod praefatus camerarius non possit deputare perpetuo vel ad tempus clericos vel depositarium praefati collegii, sed ipsi clerici et depositarius eligantur per collegium, et non aliter.

Item quod non possit in domo sua vel extra tenere de numero suae familiae commensales vel alios suis sumptibus et expensis clericos praefati collegii vel alterum ex eis; et si contrarium fecerit, dicti clerici ipso facto sint privati dicto officio.

Item quod singulis duobus mensibus vel ante, si fuerit per collegium requisitus, praefatus camerarius debeat facere divisionem, nec sine consensu dominorum cardinalium ultra valeat illam diferre.

Item quod sint duo clerici et unus depositarius collegii et ab ipso collegio eligendi et ad nutum amovibiles, qui faciant et exerceant eorum officium more solito, et jurent fideliter et diligenter illud exercere, ac iura, emolumenta, proventus et redditus ac fructus dicti collegii contra quoscumque manutenere et defendere, et quotiescumque requisiti fuerint, rationes reddere; et quod nihil aliquo modo ex quacumque causa recipiant, nisi quantum pro eorum salario eis deputatum est: qui clerici habeant pro salario unum florenum pro quolibet centenario de communibus servitiis dominorum cardinalium, non computatis grossis quitantiarum.

*) Arm. XXXI, 52 f. 12, et XXXII, 34 f. 104. Illa statuta, quae de eodem officio a. 1437 condita sunt, necnon modificationes et alias modificationes, quae postea circa ea factae sunt, legas apud *Baumgarten* „Untersuchungen und Urkunden über die Camera collegii Cardinalium für die Zeit von 1295 bis 1437“ (Leipzig 1898) p. LXXXIX—XCIV.

Item quod praefatus camerarius faciat fieri duos libros authenticos, in quibus omnes introitus et exitus collegii describantur. Quorum alterum praefati clerici aut alter eorum ad omnem requisitionem etiam singulorum de collegio portare et ostendere debeant sine licentia praefati domini camerarii.

Item quod praefatus dominus camerarius collegii de omnibus bis in anno, videlicet ante festum B. Joannis Baptistae et ante festum nativitatis D. N. Jesu Christi, teneatur reddere rationem, et his temporibus petere a collegio duos auditores reddendae rationis praedictae; qui postea dicto collegio, quae invenerint, fideliter referant.

Item quod praefatus camerarius, antequam dictum officium incipiat exercere, juret in manibus praefati collegii fideliter et diligenter ipsum officium exercere et jura, emolumenta, fructus, redditus et proventus ipsius collegii contra quoscumque manutenere et defendere, et quod nihil recipiat ex quacumque causa directe vel indirecte per se vel alium, et quod omnes et singulas praesentes constitutiones, ordinamenta et statuta ac omnia in eis contenta inviolabiliter observabit et ab aliis observari faciet.

Item statuimus et ordinamus, quod legati de latere in eorum absentia de communibus et minutis servitiis nullo modo participent.

Item quod aliter quam ut praemittitur absentes, nisi causa infirmitatis curandae vel sanitatis recuperandae, seu alias a collegio licentiati, nullo modo participent; et quod hujusmodi licentia obtineri debeat a collegio praefato, Papa non praesente: alioquin licentia nulla sit.

Item quod alter ex clericis dicti collegii quacumque ex causa absens nihil participat, praesens vero pro augmento laboris accipiat cum sua portione medietatem portionis absentis; altera medietas collegio cedat.

Item quod praefatus camerarius in his, quae tangunt collegium, ad expeditionem agendorum ultra praedicta, si aliqua superveniret difficultas, habeat consilium et consensum dominorum cardinalium per collegium deputandorum.

Praefatae constitutiones et ordinationes conditae sunt Romae in palatio apostolico, Smo. D. N. D. Paulo divina providentia papa II ad majus robur firmitatis consensum praestante, anno a nativitate Domini 1466 pontificatus ejusdem D. N. Pauli anno secundo.

2) Reformationes et additiones officii camerariatus a Bernardino Carvajal tit. s. Crucis presb. card., per annum 1498 camerario s. collegii, in consistorio 9 Jan. 1499 habito propositae et unacum quadam cedula de rebus per eum illo anno gestis lectae, quibus perlectis et admodum laudatis ab omnibus cardinalibus praesentibus approbante Alexandro VI ordinatum fuit, ut in posterum servarentur. *)

Inprimis videl., quod reverendus dominus camerarius s. collegii singulis annis in fine officii sui teneatur dare et exhibere unam cedulam, in qua narrentur exacta tempore suo et quae remaneant exigenda, et in quibus et quantum de gratia fuit factum tempore suo, et quantum pertinet ad cardinales mortuos; et ponatur haec cedula in fine libri anni sui, ut sequens camerarius facilius intelligat proventus s. collegii.

Item quod teneatur quilibet camerarius in fine officii sui docere apud sequentem camerarium, quod exigi fecerit residuum ex anno praeterito et contingentia suo tempore vel diligentias factas super his et censuras impositas ostendere.

Item quod, prout in constitutionibus s. collegii cavetur, nulla gratia vel moderatio jurium s. collegii vel absentium cardinalium participium aut solutionis prorogatio ultra tres menses fieri possit per camerarium, nisi id collegialiter fuerit sibi ordinatum et intimatum per majorem partem de collegio.

Item quod, ubi in solutionibus taxarum ecclesiarum vel monasteriorum aliquando ex aliquibus respectibus fit moderatio aut diminutio, ne hoc possit trahi in consequentiam aliarum vacationum et ab aliis sciri et probari, quod in libris camerae vel collegii non ponatur nisi integra solutio et ita detur quitantia; sed a tergo quitantiae per thesaurarium Summi Pont. et clericum s. collegii ponatur gratia, quae in ea expeditione fuit facta, et copia istius remissionis solum maneat apud dictos thesaurarium et clericos collegii, qui absque speciali S. P. et s. collegii mandato illam nemini ostendere possint.

Item quod fiat unus liber novus taxarum pro collegio secundum modum illius, qui in camera apostolica habetur, et in eo addantur apostillae in monasteriis unitis, congregationibus abbatum triennalium, et in singulis assignetur quindennium solutionum suarum; et in illo libro scribantur in fine constitutiones s. collegii, quae sunt in usu, videl. constitutiones factae anno secundo Pauli II et istae additiones. Et fiat unus alius liber, in quo scribantur cedulae praedictae, quas in fine officii sui dabunt camerarii, et si quae sunt aut esse possunt alia jura s. collegii; et isti duo libri simul cum libro provisionum et libro quitantiarum, qui continue scribuntur per camerarios, esse debeant apud camerarium pro tempore simul cum sigillo s. collegii.

Item quod uterque clericus s. collegii vel alter ipsorum semper diebus consistorii comitentur dominum camerarium s. collegii et ab eo intelligant, quid circa jura et statum s. collegii sit factum vel ordinatum.

Item quod ipsi clerici sint indifferenter solliciti circa exigenda omnia jura s. collegii, in quibus non sit facta gratia, et de diligentia doceant in qualibet quatuor divisionum per annum apud d. camerarium ac in qualibet divisione dent camerario cedulam de residuo exigendo pro sequenti divisione, ita ut ipse camerarius possit facilius proventus s. collegii intelligere.

Item quod divisiones fiant in domo camerarii, vel ubi ipse deputaverit, et praesente aliquo, quem ipse deputaverit.

Item quod de rata contingente cardinales mortuos detur ordo, quod bene intelligatur et heredibus suis integraliter restituatur; et si non fuerint heredes in Curia, illis absentibus fideliter destinetur; quibus non existentibus pro beneficio animarum suarum in eleemosynas vel missas dicendas infra sex menses distribuatur: et de hac rata mortuorum in qualibet divisione fiat certitudo per clericos collegii domino camerario et similis fiat certitudo de quindenniis solutionum abbatum triennalium, ut facilius omnia intelligantur.

Item quod camerarius s. collegii habeat curam reducendi ad memoriam apud S. P. et s. collegium missas celebrandas in capella pro memoriis cardinalium mortuorum, ut habeatur communis omnium ratio, juxta antiquam et laudabilem consuetudinem.

Item quod in omnibus provisionibus consistorialibus fiat gratia remissionis annatarum et servitiorum dominis cardina-

*) AC Miscell. XLIV, 23—26; cfr. Arm. XXXII. 34 f. 106. Cfr. supra pag. 54 nr. 607.

libus, quando providebitur vel commendabitur aliquid personis suis vel nepotibus Summi Pont. aut ipsorum cardinalium ex fratre vel sorore aut eorum fratribus carnalibus dumtaxat; in ceteris vero nulla fiat remissio, nisi magna causa intervenerit: et hoc intelligendum decreverunt solum de cardinalibus, qui post creationem suam habuerunt os apertum in consistorio et fuerunt aliquando in Rom. Curia post eorum cardinalatum continuate vel interpolate ad minus per sex menses; alii vero cardinales nec eorum nepotes aut fratres gratiam hujusmodi non reportent.

Sequitur l. c. cedula summaria anni 1498, quae fuit lecta in consistorio per cardinalem s. Crucis, officium camerariatus dimittentem, quam legas apud Korzeniowski „Excerpta e libris manuscriptis consistor. Rom.“ (Script. Rer. Polon. t. XV).

B. Camerarii s. collegii annis 1431—1503 hi S. R. E. cardinales fuerunt:

1431/37 Lucidus de Comite
1437 Angelottus Fuscus
1438 Dominicus Capranica
1439 Prosper de Columna
1440 Guilelmus de Estoutevilla
1441 Bessarion Trapezuntinus
1442 Nicolaus de Acciapaccio
1443 Joannes de Tagliacotio
1444 Albertus de Albertis
1445 Petrus Barbus
1446 Joannes de Turrecremata
1447 Georgius de Flisco
1448 Dominicus Capranica
1449 Astorgius Agnesi
1450 Isidorus Kiewensis
1451 Latinus de Ursinis
1452 Guilelmus de Stagno
1453 Alanus Coetivy
1454/55 Philippus Calandrini
1456 Antonius de la Cerda
1457 Aeneas de Piccolominibus
1458 Jacobus Tebaldi
1459 Joannes de Mella
1460 Petrus Barbus
1461 Alexander de Saxoferrato
1462 { Nicolaus Fortiguerra / Jacobus Amanati
1463 Nicolaus de Cusa
1464 Jacobus Amanati
1465 { Ludovicus de Alebreto / Guilelmus de Estoutevilla
1466 Bernardus Eruli
1467 Bessarion Trapezuntinus
1468 Guilelmus de Estoutevilla
1469 Joannes Carvajal
1470 Latinus de Ursinis
1471 Philippus Calandrini
1472 Rodericus de Borja
1473 Guilelmus de Estoutevilla
1474 Bernardus Eruli
1475 Bartholomaeus Roverella
1476 Jacobus Amanati
1477 Oliverius Caraffa
1478 Marcus Barbus
1479 Julianus de Ruvere
1480 Joannes Bapt. Zeno
1481 Stephanus Nardini
1482 Auxias de Podio
1483 Joannes Arcimboldus
1484 { Joannes Bapt. Cybo / Joannes de Michaelis
1485 idem Jo. de Mich.
1486 Georgius de Costa
1487/91 . . . .
1492 Laurentius Cybo
1493 Antoniottus Pallavicini
1494 . . . .
1495 Joannes Bapt. de Ursinis
1496/97 . . . .
1498 Bernardinus Carvajal
1499 Bartholomaeus Martini
1500 . . . .
1501 Joannes Lopez
1502 . . . .
1503 Franciscus Borja.

Pars secunda,

in qua S. R. E. Cardinales, qui in parte prima enumerabantur ordine chronol., recensentur secundum ipsorum titulos.

A. Episcopi.

Albanen.

(Jordanus de Ursinis (I, 4), tit. s. Laur. in Dam. presb., tr. 1412 Sept. 23, dein (1431 Mart. 14) ad Sabinen.;)
(Petrus de Fuxo O. Min., tit. s. Steph. in C. M., tr. 1431 Mart. 14, † 1464 Dec. 13;)
Ludovicus Scarampi, tit. s. Laur. in Dam., tr. 1465 Jan. 8, † 1465 Mart. 22;
Latinus Orsini, tit. ss. Joh. et Pauli, tr. 1465 Jun. 7, tr. ad Tusculan. 1468 Oct. 14;
Philippus Calandrini, tit. s. Laur. in Luc., tr. 1468 Oct. 14, tr. ad Portuen. 1471 Aug. 30;
Rodericus de Lanzol-Borja, s. Nicolai diac., tr. 1471 Aug. 30, tr. ad Portuen. 1476 Jul. 24;
Oliverius Carafa, tit. s. Eusebii, tr. 1476 Jul. 24, tr. ad Sabinen. 1483 Jan. 31;
Joannes Balue, tit. s. Susannae, tr. 1483 Jan. 31, tr. ad Praenestin. 1491 Mart. 14;
Joannes de Michaelis, tit. s. Marcelli, tr. 1491 Mart. 14, tr. ad Praenestin. 1491 Oct. 10;
Georgius Costa, tit. s. Mariae tr. Tib., tr. 1491 Oct. 10, tr. ad Tusculan. 1501 Maii 14;
Laurentius Cybò, tit. s. Marci, tr. 1501 Maii 14, tr. ad Praenestin. 1503 Nov. 29;

Ostien. et Velletren.

(Joannes de Bronhiaco (I, 1), tit. s. Anast. presb., tr. 1405 Jun. 2, † 1426 Febr. 16;)
Antonius Corrarius, ep. Portuen., tr. 1431 Mart. 14, † 1445 Jan. 19;
Joannes Cervantes, tit. s. Petri ad vinc., tr. 1447 Mart. 27, † 1453 Nov. 25;
Georgius de Flisco, ep. Praenestin., tr. 1455 Apr. 28, † 1461 Oct. 8;
Guilelmus de Estoutevilla, ep. Portuen, tr. 1461 Oct. 26, † 1483 Jan. 22;
Julianus de Ruvere, ep. Sabinen., tr. 1483 Jan. 31, exalt. in S. P. 1503 Nov. 1;
Oliverius Carafa, ep. Sabinen., tr. 1503 Nov. 29, † 1511 Jan. 20;

Portuen. et s. Rufinae.

(Antonius Corrarius (I, 5), tit. s. Petri ad vinc. presb., tr. ad Portuen. 1409, dein (1431 Mart. 14) ad Ostien;)
(Ludovicus de Barro (I, 6), bas. XII Apost. presb., tr. 1412 Sept. 23, † 1430 Jul. 23;)
Branda de Castillione, tit. s. Clementis, tr. 1431 Mart. 14, tr. ad Sabinen. 1440 Jan. 29;
Dominicus Ram, tit. ss. Joh. et Pauli, tr. 1444 Mart. 7, † 1445 Apr. 25;
Franciscus Condulmarus, tit. s. Clementis, tr. c. a. 1445, † 1453 Oct. 30;
Joannes Kemp, tit. s. Balbinae, tr. ad s. Rufinae sejunct. a Portuen. 1452 Jul. 28, † 1454 Mart. 22;
Guilelmus de Estoutevilla, tit. s. Martini, tr. a. 1454, tr. ad Ostien. 1461 Oct. 26;
Joannes Carvajal, s. Angeli diac., tr. 1461 Oct. 26, † 1469 Dec. 6;
Ricardus, tit. s. Eusebii, tr. 1470 Aug. 17, † 1470 Aug. 19;
Philippus Calandrini, ep. Albanen., tr. 1471 Aug. 30, † 1476 Jul. 22 (18?);
Rodericus de Lanzol-Borja, ep. Albanen., tr. 1476 Jul. 24, exalt. in S. P. 1492 Aug. 11;
Joannes de Michaelis, ep. Praenestin., tr. 1492 Aug. 31, † 1503 Apr. 10;
Georgius de Costa, ep. Tusculan., tr. 1503 paulo post 10 Apr., † 1508 Sept. 19;

Praenestin.

(Angelus de Anna de Summaripa O. Camald (I, 2), tit. s. Pudent. presb., tr. 1412 Sept. 23, † 1428 Jul. 21;)
(Hugo de Lusignano, tit. s. Clem., tr. 1431, tr. ad Tusculan. 1436 Jun. 27);
Joannes de Tagliacotio, tit. ss. Nerei et Ach., tr. 1444 Mart. 7, † 1449 Jan. 21;
Georgius de Flisco, tit. s. Anastasiae, tr. 1449 Mart. 5, tr. ad Ostien. 1455 Apr. 28;
Joannes de Turrecremata O. Praed., tit. s. Mariae tr. Tib., tr. c. a. 1460, tr. ad Sabinen. 1463 Maii 5;
Alanus de Coetivy, tit. s. Praxedis, tr. 1465 Jun. 7, tr. ad Sabinen. 1472 Dec. 11;
Angelus de Capranica, tit. s. Crucis, tr. 1472 Dec. 11, † 1478 Jul. 3;
Marcus Barbus, tit. s. Marci, tr. 1478 Nov. 6, † 1491 Mart. 11;
Joannes Balue, ep. Albanen., tr. 1491 Mart. 14, † 1491 Oct. 5;
Joannes de Michaelis, ep. Albanen., tr. 1491 Oct. 10, tr. ad Portuen. 1492 Aug. 31;
Hieronymus Bassus de Ruvere, tit. s. Chrysogoni, tr. 1492 Aug. 31, trf. ad Sabinen. 1503 Nov. 29;
Laurentius Cybò, ep. Albanen., tr. 1503 Nov. 29, † 1503 Dec. 21;
Antoniottus Pallavicinus, ep. Tusculan., tr. 1503 Dec. 22, † 1507 Sept. 10;

Sabinen.

(Petrus Fernandi de Frigidis (I, 3), tit. s. Praxedis presb., tr. 1412 Sept. 23, † 1420 Sept. 19;)
(Franciscus Landus, tit. s. Crucis, tr. 1424 Dec. 23, † 1427 Dec. 26;)
Jordanus de Ursinis, ep. Albanen., tr. 1431 Mart. 14, † 1439 Maii 29;
Branda de Castillione, ep. Portuen., tr. 1440 Jan. 29, † 1443 Febr. 3;
Bessarion Trapezuntinus, bas. XII Apost., tr. 1449 Mart. 5, tr. ad Tusculan. 1449 Apr. 23;
Amedeus de Sabaudia, antipapa Felix V (III, 8), cr. 1449 Apr. 7 (23?), † 1451 Jan. 7;
Isidorius Kiowensis, tit. ss. Marcellini et Petri, tr. 1451 Febr. 7, † 1462 Apr. 27;
Joannes de Turrecremata O. Praed., ep. Praenestin., tr. 1463 Maii 5, † 1468 Sept. 26;
Bessarion supradictus, ep. Tusculan., tr. 1468 Oct. 14, † 1472 Nov. 18;
Alanus Coetivy, ep. Praenestin., tr. 1472 Dec. 11, † 1474 Maii 3;
Berardus Eruli, tit. s. Sabinae, tr. 1474 Maii 23, † 1479 Apr. 2;

Julianus de Ruvere, tit. s. Petri ad vinc., tr. 1479 Apr. 19, tr. ad Ostien. 1483 Jan. 31;
Oliverius Carafa, ep. Albanen., tr. 1483 Jan. 31, tr. ad Ostien. 1503 Nov. 29;
Hieronymus Bassus de Ruvere, ep. Praenestin., tr. 1503 Nov. 29, † 1507 Sept. 1;

Tusculan.

(Baldassar Cossa, olim Joannes pp. XXIII, cr. 1419 Jun. 23, † 1419 Nov. 22;)
(Antonius Pancerinus, tit. s. Susannae, tr. 1431 Mart. 14, † 1431 Jul. 3;)
Hugo de Lusignano, ep. Praenestin., tr. 1436 Jun. 27, † 1442 paulo ante 24 Aug.;
Ludovicus de Lucemburgo, tit. ss. IV Coronat., tr. a. 1442, † 1443 Sept. 18;
Julianus de Caesarinis, tit. s. Sabinae, tr. 1444 Mart. 7, † 1444 Nov. 10;
Bessarion Trapezuntinus, ep. Sabinen., tr. 1449 Apr. 23, retr. ad Sabinen. 1468 Oct. 14;
Latinus de Ursinis, tit. ss. Joannis et Pauli, tr. 1468 Oct. 14, † 1477 Aug. 11;
Jacobus Amanati, tit. s. Chrysog., tr. 1477 Aug. 17, † 1479 Sept. 10;
Joannes Bapt. Zeno, tit. s. Anastasiae, tr. 1479 Oct. 8, † 1501 Maii 7;
Georgius de Costa, ep. Albanen., tr. 1501 Maii 14, tr. ad Portuen. 1503 Apr. 10;
Antoniottus Pallavicinus, tit. s. Praxedis, tr. 1503 Apr. 10, trf. ad Praenestin. 1503 Dec. 22;

B. Presbyteri.

S. Anastasiae.

(Guilelmus Dinanus de Monteforti, ep. Maclovien. (I, 47), cr. 1430 Nov. 8, publ. 1430 Jul. 4, † ante 1432 Sept. 23;)
Georgius de Flisco, aep. Januen. (II, 9), cr. 1439 Dec. 18, tr. ad Praenestin, 1449 Mart. 5; cfr. pag. 9 nr. 8;
Ludovicus de Varambone, ep. Maurianen.[1] (III, 10), cr. 1449 Dec. 19, † 1451 Sept. 21;
Joannes Bapt. Zeno, s. Mariae in Port. diac., tr. c. 1470, tr. ad Tusculan. 1479 Oct. 8;
Paulus de Campofrigoso, aep. Januen. (VII, 24), cr. 1480 Maii 15, tr. ad tit. s. Sixti c. a. 1489;
Antoniottus Pallavicini, ep. Aurien. (VIII, 3), cr. 1489 Mart. 9, tr. ad s. Praxedis paulo post;
Joannes Morton, aep. Cantuarien. (IX, 11), cr. 1493 Sept. 20, † 1500 Sept. 15;
(Joannes) Antonius Trivultius, ep. Cuman. (IX, 30), cr. 1500 Sept. 28, tr. ad s. Steph. in C. M. c. a. 1505;

Ss. XII Apostolorum.

Bessarion Trapezuntinus, aep. Nicaenus (II, 11), cr. 1439 Dec. 18, tr. ad Sabinen.[2] 1449 Mart. 5;
Petrus Riario, tit. s. Sixti, simul commend. bas. XII App.;
Julianus de Ruvere, tit. s. Petri ad vinc., simul commend. bas. XII App.;

S. Balbinae.

Joannes Kemp, aep. Eboracen. (II, 6), cr. 1439 Dec. 18, tr. ad s. Rufinae 1452 Jul. 28;
Amicus Agnifilus, ep. Aquilan. (VI, 4), cr. 1467 Sept. 18, tr. ad tit. s. Mariae trans Tib. 1469 Oct. 13;
Joannes Bapt. Cybò, ep. Melfitan. (VII, 8), cr. 1473 Maii 7, tr. ad tit. s. Caeciliae 1474 m. Jan. (?);
Hieronymus Bassus de Ruvere, ep. Racanaten. (VII, 17), cr. 1477 Dec. 10, tr. ad tit. s. Chrysog. 1479 Sept. 17;
Joannes Vera, aep. Salernitan. (IX, 28), cr. 1500 Sept. 28, † 1507 Maii 4;

S. Caeciliae.

(Antonius de Challanto, s. Mariae in via lata diac., tr. 1412 Mart. 19, † 1418 Sept. 2;)
(Ludovicus Alamandi, aep. Arelaten. (I, 33), cr. 1426 Maii 24, priv. ab Eug. IV, restit. a Nic. V, † 1450 Oct. 16;)[3]
Raynaldus Piscicellus, aep. Neapolitan. (IV, 4), cr. 1456 Dec. 17, † 1457 Jul. 1;
Nicolaus Fortiguerra, ep. Theatin. (V, 3), cr. 1460 Mart. 5, † 1473 Dec. 21;
Joannes Bapt. Cybò, tit. s. Balbinae, tr. 1474 m. Jan. (?), exalt. in S. P. 1484 Aug. 29;

---

[1]) Qui 1440 Apr. 12 ab antip. Felice V in card. suae obedientiae cum tit. s. Susannae promotus est; cfr. supra pag. 9 nr. 1.
[2]) Retenta bas. XII App. in comm.
[3]) Durante ejus privatione (1440—1449) Petrus Barbus tit. s. Marci presb. card. simul ecclesiam s. Caeciliae in commendam tenuisse dicitur.

Joannes Jacobus Sclafenatus, tit. s. Steph. in C. M., tr. 1484 Nov. 17, † 1497 Dec. 9;
Franciscus de Borja, aep. Consan. (IX, 27), cr. 1500 Sept. 28, tr. ad ss. Nerei et Ach. (?) 1506 Aug. 11;

S. Chrysogoni.

(Petrus de Alliaco, ep. Cameracen. (I, 13), cr. 1411 Jun. 6, † 1420 Aug. 9;)
Antonius Martini de Clavibus, ep. Portugalen. (II, 14), cr. 1439 Dec. 18, † 1447 Jul. 6;
Antonius de la Cerda, aep. Messanen. (III, 1), cr. 1448 Febr. 16, † 1459 Sept. 12;
Jacobus Amanati, ep. Papien. (V, 11), cr. 1461 Dec. 18, tr. ad Tusculan. 1477 Aug. 17;
Hieronymus Bassus de Ruvere, tit. s. Balbinae, tr. 1479 Sept. 17, tr. ad Praenestin. 1492 Aug. 31;
Joannes Bapt. de Ferrariis, ep. Mutinen. (IX, 31), cr. 1500 Sept. 28, † 1502 Jul. 20;
Adrianus Castellensis, ep. Herefordensis (IX, 41), cr. 1503 Maii 31, † ex. a. 1521 vel in. a. 1522;

S. Clementis.

(Branda de Castillione, ep. Placentin. (I, 11), cr. 1411 Jun. 6, tr. ad Portuen. 1431 Mart. 14;)
(Hugo de Lusignano, s. Adriani diac., tr. 1431 Mart. 14. tr. ad Praenestin. 1431 Apr. 20;)
Franciscus Condulmarus, protonot. apost. et vicecancell. (II, 1), cr. 1431 Sept. 19, tr. ad Portuen. c. a. 1445;
Henricus Rampinus de s. Allosio, aep. Mediolan. (II, 24), cr. 1446 Dec. 16, † 1450 Jul. 4;
tr. Ant. ad Hortan.	**Daniel** de Forolivio O. Min.	1467 Oct. 30	Obl. 83, 8
. . . .	**Jacobus** de Romanescis O. Min.	1468 Maii 4	Schede di Garampi
ob. (Jacobi)	**Michael** de Viterbio, can. eccl. s. Laur. in Dam.[3])	1469 Aug. 18	Obl. 83, 14
ob. ult. episcopi	**Titus**[4]) Veltri de Viterbio (res. 1511)	1480 Nov. 10	Obl. 83, 70

Castren. (Castro) in Sardinia, suffr. Turritan. (100 fl.)

ob. Leonardi (1445)[1])	**Franciscus**, prior pr. s. Ceni de Bonarcato[2])	1445 Dec. 22	Obl. 72, 11
ob. Francisci	**Joannes** (Gasto O. Min.)	1447 Julii 3	Obl. 72, 27
ob. Joannis	**Thomas** Giliberti O. Cist. de Populeto[3])	1455 Julii 11	Schede di Garamoi
. . . .	**Leonardus**, obl. se person.	1458 Nov. 10	Obl. 76, 162
ob. Leonardi (1464)	**Laurentius** de Muncada O. Min., mag. theol.[4])	1464 Nov. 5	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 73
ob. Laurentii	**Christophorus** Magnus, can. Turritan.	1478 Oct. 14	Obl. 83, 57
ob. Christophori (1483)	**Bernardus** Jover, presb. Terraconen.	1483 Feb. 14	Sixt. IV Lat. a. 12 l. 1 f. 231
(ob. Bern. † 1490)	**Joannes** Crespo, can. reg. s. Aug. eccl. Castren.	1490 Dec. 20	AC Camer. I, 12
tr. Jo. ad Usellen.	**Melchior** de Tremps	1493 Oct. 2	AC Camer. I, 35
ob. Melchioris (1496)	**Joannes**, monachus mon. s. Mich. de Fluviano[5])	1496 Oct. 21	AC Camer. I, 50
ob. Joannis (1501)	**Antonius** de Toro O. Min., mag. theol.[6])	1501 Julii 23	AC Camer. I, 97

Catacen. (Catanzaro) in Italia infer., suffr. Regin. (50 fl.)

ob. Petri (1435)	**Antonius** de Ispigio O. Min.	1435 Oct. 26	Obl. 66, 22
ob. Antonii (1439)	**Nicolaus** (Palmerius) O. Er. s. A., bacc. in theol.	1440 Dec. 21	Obl. 66, 54
res. Nicolai	**Ricardus**, can. Cusentin.	1448 Junii 5	Obl. 72, 32
ob. Ricardi (1450)	**Palamides**, abbas mon. s. Petri ad Arram[1])	1450 Jan. 23	Obl. 72, 39
ob. (Pal. 1467)	**Joannes** (Geraldini), presb. Amerinius	1467 Mart. 24	Obl. 83, 6
ob. Joannis (1488)	**Stephanus** de Gotifredis (Goffredi)[2])	1489 Jan. 9	AC Camer. I, 1

Castren. (Castro) in Italia infer.

[1]) Della Vetrana dioec. Licien.

[2]) Quo cedente vel decedente († 1503) eccl. Castren. reservatur 13 Aug. 1501 Petro Fabri (AC Camer. I, 98), qui quidem numquam epus. Castren. factus est.

Castren. (Castro) in Italia media.

[1]) De Castello dioec. Cornetan.

[2]) Prov. 1463 Febr. 16.

[3]) De Urbe.

[4]) In libro Obl. l. c. „**Joannes**." V. supra pag. 48 nr. 507.

Castren. (Castro) in Sardinia.

[1]) A. 1412 promoti. — Ecclesiae Castren. „in Sardinia" vac. per. ob. Germanici 1441 Jan. 13 **Martinus**, abbas eccl. s. Mariae de Scogo ejusd. dioec., et vac. per ob. Savini 1442 Dec. 12 **Ursicinus** de Pisis, pleb. plebis s. Luciae Montiscastelli dioec. Lucan., praefecti sunt in episcopos (Obl. 66, 54 et 60)?

[2]) O. Camald. dioec. Arboren.

[3]) Dioec. Terracon.

[4]) Def. nat. patiens.

[5]) O. S. B. dioec. Gerunden.

[6]) Die 8 Dec. 1503 eccl. Castren. unitur cum Algaren. (*Alghero*) eodem tempore erecta.

Catacen.

[1]) O. Can. s. A., def. nat. patiens.

[2]) Can. bas. princ. apost. de Urbe.

Cathalaunen. (Châlons sur Marne) in Gallia, suffr. Remen. (4000 fl.)

ob. Joannis[1])	**Joannes** Tuderti, can. Parisien.[2]), el., prov.	1439 Apr. 22	Obl. 66, 45
ob. Joannis Tud.	**Guilelmus** le Tur, subdiac. Aurelian., el., prov.	1440 Julii 6	Obl. 66, 52
(ob. Guil.[3]))	**Gaufridus** (Floréau), ep. Nemausen. († 1503 Febr. 10)	1453 Nov. 27	Obl. 72, 59

Cathanen. (Caitness) in Scotia, immed. subj., dein suffr. s. Andreae (750 fl.)

ob. Roberti	**Joannes** de Innes, cantor ips. eccl.	1446 Apr. 6	Obl. 72, 13
ob. Joannis	**Guilelmus** (Moodie), praecentor ips. eccl.[1])	1448 Mart. 8	Obl. 72, 31
ob. (Guil. occ. 1477)	**Prosper** Camulio de Janua, protonot. apost.[2])	1478 Maii 25	Obl. 83, 54
res. Prosperi	**Joannes** de s. Claro, mag. in art.[3])	1484 Maii 26	Obl. 83, 90
ob. Joannis el.	**Andreas** Stewart, can. Glasguen.[4])	1501 Nov. 26	AC Camer. I, 101

Cathanien. (Catania) in ins. Sicilia, immed. subj. (1200 fl.)

ob. Jo. de Podionucis	**Joannes** de Piscibus O. Min.	1431 Nov. 21	AC Miscell. I, 226
tr. Joa. ad Philippop.	**Joannes**, tit. s. Sab. presb. card., in comm.[1])	1447 Feb. 3	Obl. 72, 17
ob. card. „s. Pauli"	**Arias** de Davalos, diac., def. aet. patiens[2])	1449 Feb. 14	Obl. 72, 35
(ob. Ariae)	**Guilelmus** de Bellonio, in minor. const.	1450 Oct. 2	Schede di Garampi
ob. ultimi ep.	**Julianus** (de Ruvere) S. R. E. card., nepos S. P.	1473 Jan. 13	Obl. 83, 27
res. Jul. card.	**Franciscus** de Campulo, el.	1474	. . . .
ob. ult. episcopi[3])	**Joannes** (Gattus), ep. Cephaluden.[4])	1475 Aug. 18	Obl. 83, 38
retr. Jo. ad Cephalud.	**Bernardus** (Margarit), el. Cephaluden.[5])	1479 Feb. 8	Obl. 83, 59
ob. Bernardi	**Alfonsus** Carillo de Albornoz, can. Toletan.[6])	1486 Nov. 8	Obl. 83, 105
tr. Alf. ad Abulen.[7])	**Joannes** de Hach (Aza, Daza), thesaur. Burgen.	1496 Junii 27	AC Camer. I, 48
tr. Jo. ad Oveten.	**Franciscus** de Sprats, protonot. apost.	1498 Feb. 14	AC Camer. I, 62
tr. Franc. ad Astor.[8])	**Didacus** (Ramirez de Guzman)[9])	1500 Junii 26	AC Camer. I, 86

Catharen. (Cattaro) in Dalmatia, suffr. Baren. ($33^1/_3$ fl.)

tr. Mar. ad Tervisin.	**Ber(n)ardus** de Venetiis, can. Paduan., decr. doct.	1453 Nov. 21	Obl. 72, 59
ob. Ber. a. s. a.	**Angelus** Fasolo, can. Paduan., decr. doctor	1457 Feb. 16	Obl. 72, 75
tr. Ang. ad Mothon.	**Marcus** (Niger), prov. 7 Nov. 1459, obl. se person.	1459 Dec. 5	Obl. 76, 178
tr. Marci ad Absoren.	(**Antonius** de Pago), ep. Absoren.	1471 Mart. 29	Obl. 83, 19
. . . .	**Petrus** de Brutis, ep. Crojen.	c. 1471	Gams 398
certo modo	**Joannes** Cheregato, ep. Ottocien. († 1514)	1493 Aug. 16	AC Camer. I, 34

Cathalaunen.

[1]) Die 30 Nov. 1438 defuncti.

[2]) Desideratur apud *Gams* p. 535.

[3]) Et cass. elect. de **Ambrosio** de Cameraco, adiac. Cathalaun., in epum. Cathalaunen. factae.

Cathanen.

[1]) Mag. in art.

[2]) Et familiaris card. s. Petri.

[3]) Adiac. Zalandiae in eccl. Orchaden.

[4]) Consanguineus regis Scotiae, defectum natal. patiens, utpote a presbytero de illustri genere et soluta genitus. Quem *Gams* p. 238 iam 1490 sedisse dicit, omisso Joanne et Prospero ad a. 1489 adscripto, quorum quidem neuter possessionem illius ecclesiae adeptus esse videtur.

Cathanien.

[1]) Cui 2 Dec. 1448 de novo confertur illa eccl., nunc vac. per ob. Joannis (de Piscibus). Cfr. Obl. 72, 34.

[2]) Absolutus a censuris etc.

[3]) Scil. Francisci, qui possess. ipsius eccl. non habita Romae obiit.

[4]) Reserv. annua pens. 300 fl. cardinali Melfiten. (postm. Innoc. pp. VIII).

[5]) Olim abbas mon. s. Petri de Rodis O. S. B. dioec. Gerunden., quod mon. retinet in comm.

[6]) Reservata annua pens. 300 fl. Alfonso de Arag., admin. eccl. Caesaraug., solvenda.

[7]) Illum „Franc. Garcias tr. Gandia (?)", qui apud *Gams* p. 944 ad a. 1492—1495 adscriptus est, expungendum esse apparet. Cfr. not. sequ.

[8]) Et Garsia epo. Guadicen. translationi ad Catanien. 7 Febr. 1500 factae (AC Camer. I, 82) non consentiente.

[9]) Decanus Hispalen. (in ep. Lucen. el.).

Caturcen. (Cahors) in Gallia, suffr. Bituricen. (1000 fl.)

ob. Guilelmi	**Joannes** de Podio (Dupuy) O. Praed.[1])	1431 Apr. 16	AC Miscell. I, 216
ob. Joa. de Podio	**Joannes** de Castronovo (Castelnau), protonot. ap.	1438 Oct. 24	Obl. 66, 44
(ob. Joannis 1460)	**Ludovicus** de Lebreto, ep. Aduren.[2]), obl. se	1460 Julii 30	Obl. 76, 188
(ob. Ludovici)	**Antonius** Alamandi, solvit serv. comm.	1465 Oct. 31	Obl. 79, 92
tr. Ant. ad Claromont.	**Guiscardus** (d'Aubusson), ep. Conseran.[3])	1475 Mart. 10	Obl. 83, 36
tr. Guisc. ad Carcass.[4])	**Antonius** Alamandi (supradictus), ep. Claromont.	1476 Julii 15	Sixt. IV Lat. a. 5 l. 10 f. 3
. . . .	**Benedictus**, procurator regis Franc.[5])	1494 Jan. 8	AC Camer. I, 37
res. Bened. Joannis[6])	**Antonius** Lutseg (Luzech, Luczec)[7])	1501 Dec. 20	AC Camer. I, 102

Caurien. (Coria) in Hispania, suffr. Compostellan. (464 fl.)

(ob. Martini Galos)	**Alfonsus** de Villegas	. . . . .	Obl. 66, 40
ob. Alf. de Vill.	**Petrus** Oupi de Miranda,[1]) decr. doctor	1438 Jan. 24	Obl. 66, 40
tr. Petri ad Calagur.	**Joannes** de Carvajal, decanus Astoricen.[2])	1443 Oct. 11	Obl. 72, 1
tr. Petri ad Calagur.	**Alfonsus** Henrici de Mendoza	c. id. temp.	. . . .
ob. Alf. H. de M.	**Ferdinandus** Luppi de Lorden, thesaur. Segobien.	1455 Jan. 30	Obl. 72, 69
tr. Ferd. ad Segobien.	**Enecus** (Manrique de Gara), ep. Oveten.	1457 Mart. 18	Obl. 72, 75
tr. En. ad Giennen.	**Franciscus**, decanus Toletan., datarius S. P.	1475 Maii 10	Obl. 83, 37
ob. Francisci a. s. a.	**Joannes** O. s. Hier. domus b. Mariae[3])	1479 Junii 16	Sixt. IV a. 5 Lat. lib. 1 f. 73
ob. Joannis	**Didacus** (de Fonseca), ep. Aurien.[4])	1496 Jan. 27	Obl. 83, 100
ob. Didaci	**Vascus** (Ramirez), adiac. de Talavera eccl. Tolet.	1487 Maii 18	Inn. VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 128
ob. Vasci	**Petrus** (Ximenez de Prexamo), ep. Pacen.	1489 Jan. 23	AC Camer. I, 1
ob. Petri (1495)	**Caesar** de Borja, S. R. E. card., *in admin.*	1495	Gams 30
res. card. de Borgia	**Joannes** (Lopez), card. Capuan., *in admin.*	1499 Sept. 6	AC Camer. I, 78
ob. Jo. Lopis card.[5])	**Franciscus** (Busleiden), aep. Bisuntin., *in admin.*	1501 Nov. 26	AC Camer. I, 101
ob. Franc. (1503)	**Joannes** Artega (Ortega), ep. Calagur.[6])	1503 Maii 5	AC Camer. I, 115

Çavallicen. (Cavaillon) in Gallia, suffr. Arelaten. (500 fl.)

ob. Ferrerii	**Joannes** de la Rocha (O. Min.), ep. Bethleem.	1433 Sept. 19	Obl. 66, 3
ob. Joannis (1436)	**Bartholomaeus**, abbas mon. s. Proculi Bononien.	1434 Sept. 15	Obl. 66, 14
tr. Barth. ad Caputaqu.	**Petrus** Porquerii O. Min., mag. theol.	1439 Sept. 25	Obl. 66, 48
ob. Pet. (1447 Jan. 28)	**Palamides** de Carreto	1447 Feb. 22	Obl. 72, 18
ob. Palamedis	**Tossanus** (Torsanus) de Villanova O. Carm.	1467 Feb. 9	Schede di Garampi
ob. Tossani	**Ludovicus** (Passert) de Janua, clericus Paduan.[1])	1496 Julii 15	AC Camer. I, 49
ob. Lud. a. s. a.[2])	**Bernardinus** Gamberia, adiac. de Benasche[3])	1501 Apr. 28	AC Camer. I, 94

Caturcen.

[1]) Prof. theol. et in part. Carcasson. inquis. haer. prav.

[2]) Prov. 4 Jul. 1460. Qui 18 Dec. 1461 promotus in S. R. E. retinet illam eccl. Cfr. Tarvien.

[3]) Cui conced. in comm. mon. s. Mariae de Palatio O. Cist. dioec. Lemovicen., reserv. tamen annua pens. 500 fl. Philippo card. Arelaten. et 200 fl. episcopo Albingan., nepoti S. P., solvenda.

[4]) Possessione eccl. Caturcen. non habita, quare apud *Gams* p. 525 omissus est.

[5]) Desideratur apud *Gams* l. c. Cui conced. in comm. mon. Grandismontis dioec. Lemovicen.

[6]) Cui conced. in comm. mon. ss. Gervasii et Protasii dioec. Agennen. vac. per promot. Antonii ad eccl. Cathurcen.

[7]) Secundum *Gams* l. c. „1479 intr.“ Obiit 1509.

Caurien.

[1]) Abbas coll. eccl. ss. Cosmae et Dam. de Santander dioec. Burgen.

[2]) Et caus. pal. apost. auditor. Qui possessionem illius eccl. non adeptus esse videtur. Cfr. Placentin.

[3]) De la Murta dioec. Valentin.; cfr. Obl. 83, 61

[4]) Desideratur apud *Gams* p. 30.

[5]) Inter eum et Franc. apud *Gams* p. 30 recensetur „Joannes Borgia († 1503)“, qui quidem expungendus vel inter Caesarem de B. et Jo. L. recensendus atque ille Jo. de B. habendus est, qui 1500 (IX, 20), non 1503 (IX, 1), obiit.

[6]) Apud *Gams* jam ad a. 1489 adscriptus.

Cavallicen.

[1]) Cubicul. S. P.

[2]) Die 22 Apr. 1501. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* III, 127.

[3]) In eccl. Ilerden., notarius ac subdiac. et scriptor apost., subdiac. Qui 14 Nov. 1501 Romae in capella maj. palatii apost. consecratur (Burch. Diar. ed. *Thuasne* III, 170). Cfr. Tudertin.

Caven. (Cava) in Italia infer., immed. subj. (1000 fl.)

ob. Angelotti[1])	**Ludovicus** Scarampi, card. et patr. Aquileg.	1444 Sept. 13	Schede di Garampi
ob. Lud. card.	**Matthaeus** de Pontremulo[2])	1465	

Cedren. v. Citren. — Cefalonien. v. Cephalonien.

Cenadien. (Csanad) in Hungaria, suffr. Colocen. (900 fl.)

ob. Ladislai[1])	**Petrus**, praepos. eccl. s. Salvatoris Cenadien.	1438 Apr. 30	Obl. 66, 41
. . . .	**Albertus**, obl. se	1458 Mart. 21	Obl. 76, 149
ob. Alberti	**Joannes** Zochol	1466 Oct. 27	Obl. 83, 4
ingr. Jo. in Ord. relig.	**Lucas**, ep. Boznen.	1493 Nov. 4	AC Camer. I, 36
tr. Lucae ad Zagrab.	**Nicolaus** de Chák (Bathka), ep. Sirmien. (?)[2])	1500, 1514	Gams 370

Ceneten. (Ceneda) in Italia super., suffr. Aquilegen. (100 fl.)

ob. Antonii (1445)[1])	**Petrus** (Leonis), ep. Absoren.	1445 Junii 4	Obl. 72, 9
(res. Petri)	**Nicolaus** Trevisani	1474 Junii 15	Obl. 83, 33
ob. (Nic. 1498 Jan. 10)	**Franciscus** Brevius, auditor rotae[2])	1498 Jan. 19	AC Camer. I, 61

Cenomanen. (Le Mans) in Gallia, suffr. Turonen. (2200 fl.)

res. Adae[1])	**Joannes** (d'Hierray), adiac. de Sabolio ips. eccl.[2])	1439 Junii 5	Obl. 66, 46
ob. Joannis	**Martinus** Berryer, decanus Turonen.	1449 Apr. 7	Schede di Garampi
cess. Martini	**Theobaldus** (de Luxemburg)[3])	1465 Maii 11	Pauli II a. 1. Lat. l. pr. f. 295
res. Theobaldi[4])	**Philippus** (de Luxemburg), presb. Atrebaten.	1476 Nov. 4	Obl. 83, 45

Caven.

[1]) Qui die 19 Sept. 1431 in S. R. E. card. promotus retinebat eccl. Caven.

[2]) Quo defuncto Sixtus IV ecclesiam Caven., quae prius mon. monachorum erat, de novo in mon. 1471 Aug. 30 (Obl. 83, 20) erigit, quod mon. Caven. unacum mon. Montiscassini commendat ad vitam **Joanni** de Aragonia filio regis Siciliae, protonot. apost. (Obl. 83, 21).

Cenadien.

[1]) Apud *Gams* p. 370 inter eum et Petrum ad a. 1437 adscribitur Ladislaus († 1437/38); sedes antea per tres annos (1434/37) vacasse dicitur.

[2]) Nicolaus de Bathka ep. Sirmien. a. 1501 ad Nitrien. et a. 1503 ad Transilvan., ubi per duos annos sedit, translatus est.

Ceneten.

[1]) Inter eum et Petrum apud *Gams* 784 ad a. 1445 adscribitur **Nicodemus** Marcello.

[2]) Seu s. palatii apost. causarum, cui conced. facultas retinendi sua beneficia unacum officio auditoriatus. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 430—431. Obiit 7 Aug. 1508.

Cenomanen.

[1]) Reservata annua pens. 500 fl.

[2]) Qui postmodum „ad nonnullos in civ. Basileen. sub nomine generalis concilii congregatos seu ab illis ad id potestatem habentes recursum habuisse et pro eo, quod ad eccl. Cenomanen. ab Eug. IV promotus fuerat, se excommunicatum confitens omni regimini et administrationi sibi in ea competenti in eorundem congregatorum seu ab eisdem commissorum manibus sponte et libere cessisse et ab ipsis absolutionem a quibusvis sententiis, quas praemissorum occasione incurrerat, obtinuisse dicebatur. Quibus auditis Eug. IV Roberto ep. Vulteran. et Guilelmo Bonae tunc apost. sedis in ducatu Britanniae nuntiis mandavit, ut vocato illo Joanne episcopo super praemissis se informarent et referrent. Qui, licet in praemissis subdelegandi potestatem non haberent, tamen ad requirendum super iis Guilelmo ep. Redonen. vices suas commiserunt. Informatione ab ipso habita et ad Curiam missa, cum per eam nihil legitime contra ipsum Joannem ep. probaretur, S. P. die 1 Oct. 1442 in consistorio secreto omnes et singulas causas tam ex officio quam etiam ad petitionem mag. Guilelmi de Malestricto (a capit. Cenoman. in epum. Cenom. el.) super eadem eccl., ut idem Joannes ab ea amoveretur, motas ad se advocavit et penitus extinxit et ipsum Joannem ab omnibus sententiis contra eum latis atque ab omni impetitione dicti mag. Guilelmi, cui perpetuum silentium imposuit, absolvit". (Obl. 66, 60). Cfr. Nanneten. ad a. 1443.

[3]) Abbas mon. Ursicampi O. Cist. dioec. Noviomen., quod retinet in comm.; cfr. l. c. f. 135.

[4]) Cui († 1477 Sept. 1) reserv. annua pens. 1000 fr., salvis remanentibus aliis pensionibus; monasterium autem s. Vincentii O. S. B. dioec. Cenoman. vac. per ejusdem epi. cessionem (reserv. tamen annua pens. 100 scut.) conced. in comm. novo epo. Cenoman., cum quo utpote filio episcopi cedentis legitimo super imped. ean. succedendi dispensatur. Qui Philippus 21 Jan. 1495 in S. R. E. promotus retinebat eccl. Cenom. usque ad a. 1506.

Cephalonien. (Kephalonia) in mari Jonico, suffr. Patracen. (100 fl.)

(ob. vel tr. Antonii)	**Dominicus** (de Pupio), obtinet fac. „ut a quoc."	1430 Mart. 23	Mart. V Lat. t. 295 f. 281
ob. Dominici	**Joannes,** ep. Ostunen.	1437 Feb. 25	Obl. 66, 33
ob. Joannis	**Joannes** Jacobi O. Er. s. A., mag. theol.[1])	1443 Feb. 27	Obl. 66, 62
. . . .	**Joannes** de Archadia, obl. se	1458 Jan. 31	Obl. 76, 146
(ob. Joannis)	**Joannes** Antonius Scardemetus O. Min.[2])	1463 Oct. 23	Schede di Garampi

Cephaluden. (Cefalù) in ins. Sicilia, suffr. Messanen. (200 fl. al. 400 fl.)

tr. Ant. ad Agrig.	**Lucas** de Sarzana O. Min.	1445 Julii 23	Obl. 72, 14
ob. ult. episcopi	**Joannes** Gatto, mag., abbas mon. . .[1])	1472 Junii 1	Obl. 83, 25
tr. Jo ad Cathanien..	**B(ernardus)** Margarit, abbas mon. s. Petri[2])	1475 Aug. 18	Obl. 83, 38
tr. Ber. ad Cathanien.	**Joannes** Gatto (supradictus), ep. Cathanien.[3])	1479 Feb. 8	Obl. 83, 59
ob. Jo. Gatto (1484)	**Franciscus** de Noya, mag. th., adiac. Syracus.[4])	1484 Nov. 26	Obl. 83, 94
ob. Franc. (1492 Apr. 18)	**Franciscus**[5])	1492	Gams 945
ob. Francisci	**Paulus** (de Cavalleria), ep. Milevitan.	1495 Mart. 30	AC Camer. I, 42
ob. Pauli	**Lazarus**	1496 Maii 18	AC Camer. I, 47
ob. Lazari	**Raynaldus** de Monteaureo O. Praed., mag. th.	1496 Oct. 12	AC Camer. I, 50

Cepten. seu **Septen.** (Ceuta) in Africa, suffr. Bracharen. ($133^1/_3$ fl.

. . . .	**Ademarus** de Aureliaco O. Min.[1])	1421 Mart. 21	. . . .
ob. Ademari	**Joannes** (O. Carm.), el. Tiberiaden.	1444 Julii 20	Obl. 72, 5
(tr. Jo. ad Egitan.)	**Joannes** Roderici[2]) obl. se	1459 Julii 13	Obl. 76, 170
tr. Joa. R. ad Colimbr.	**Alvarus,** can. Elboren., obl. se ad solv. serv.[3])	1459 Oct. 17	Obl. 76, 176
. . . .	**Joannes** Alf. Manuel Ferras	1472 Jan. 9	Schede di Garampi
tr. Joa. ad Egitanien.	**Martinus** (Pedro), decanus Bracharen.[4])	1477 Mart. 28	Sixt IV Lat. a. 6 l. 1 f. 22
tr. Mart. ad Lamecen.	**Justus** Baldinus, subdiac. dioec. Paduan.[5])	1479 Mart. 15	Sixt. IV Lat. a. 8 l. 1 f. 41
ob. Justi	**Fernandus** de Almeida[6])	1493 Julii 19	AC Camer. I, 34
ob. Fernandi	**Didacus,** ep. Tingen.	1500 Maii 4	AC Camer. I, 84

Cerenen. *v.* **Cyrenen.**

Cereten. seu **Çzereten.** (Seret) in Bucovina. Cfr. Moldavien.

ob. Nicolai[1])	**Joannes** O. Min.	1434 Jan. 29	Obl. 66, 9

Cephalonien.

[1]) Desideratur apud *Gams* p. 399 unacum successore Joanne.

[2]) Solvit serv. comm. 1463 Nov. 15 (Obl. 79, 57). Qui inter eum et Marcum paulo ante 9 Aug. 1521 defunctum ecclesiae Cephalonien. praeerant, ignorantur.

Cephaluden.

[1]) Cui 22 Apr. 1474 mon. b. Mariae de Nucharia O. Cist. dioec. Messanen. vac. per ob. archiepiscopi Messanen., ipsius mon. commend., conceditur in comm. (Obl. 83, 32).

[2]) De Rodis dioec. Gerunden.

[3]) Possessione ipsius eccl. Cath. non habita. Qui quum ad eccl. Cephaluden. transferatur, augmentatur serv. comm. ipsius eccl. Ceph. a 200 fl. ad 400 fl.

[4]) Protonot. apost.

[5]) Cogn. „Orsini", qui eodem a. 1492 obiisse dicitur; ad a. 1494 (post Paulum, qui jam 30 Mart. 1493 promotus esse dicitur, et Lazarum) recensetur apud *Gams* „**Franciscus** de Luna † c. 1496". Forsan uterque expungendus vel saltem in unum confundendus est.

Cepten.

[1]) Cfr. vol. I hujus Hier. cath. ed. I p. 342 not. 8 et ed. II p. 327 not. 11 ad Marrochitan.

[2]) *In admin.* usque ad a. 28, dein *in epum.*

[3]) Sed liberatur ab ista solutione, eo quod ecclesia Cepten. bina vice infra annum vacavit.

[4]) Protonot. apost., decr. doctor.

[5]) Protonot. apost., decr. doctor; v. supra pag. 48 nr. 507.

[6]) Rector paroch. eccl. s. Mariae dé Podentes dioec. Colimbrien. Qui a. 1499 ad Nivernen. translatus retinuit eccl. Cepten.

Cereten.

[1]) Qui idem esse videtur ac ille Nicolaus Venatoris, qui a. 1413 in epum. Cereten. promotus erat.

Cervicen. in Epiro, suffr. Duracen., tit.

ob. Petri (O. Praed.)	**Alermus** O. Min.	1434 Apr. 9	Obl. 66, 12
ob. Alermi	**Jacobus** O. Er. s. A.	1451 Jan. 14	Obl. 72, 45

Cervien. (Cervia) in Italia media, suffr. Ravennaten. (200 fl.)

ob. Pauli[1])	**Christophorus** de s. Marcello de Vincentia[2])	1431 Maii 2	AC Miscell. I, 217
tr. Christ. ad Arim.	**Antonius** Correr, S. R. E. card., *in admin.*	1435	Schede di Garampi
ob. Antonii	**Petrus** Barbo, S. R. E. card., *in admin.*	1440	
res. Petri (Vicentin.)	**Isidorus**, card. Ruthenus, *in admin.*	1451 Junii 19	
res. Isidori[3])	**Franciscus** Portius, can. bas. XII apost. de Urbe[4])	1455 Mart. 15	Obl. 72, 70
ob. N. (Franc. P.)	**Achilles** de Mariscottis, protonot. apost.[5])	1475 Jan. 9	Obl. 83, 35
ob. Achillis[6])	**Thomas** (Catanei O. Praed.), el. Parentin. († 1515)	1485 Dec. 12	Obl. 83, 99

Cesenaten. *v.* **Caesenaten.**

Chalcedonen. (Chalcedon) in Bithynia, suffr. Nicomedien., tit.

. . . .	**Edmundus** (Konnesburg) aep. Armachan.[1])	1478 Julii 3	. . . .
certo modo	**Petrus** de Calvis, prior pr. s. Annae de Scalis[2])	1485 Julii 18	Obl. 83, 97
. . . .	**Franciscus** Cha(il)let O. Min.[3])	1506—1525	. . . .

Chelmen. (Chelm) in Polonia, suffr. Halicien. ($33^1/_3$ fl.)

. . . .	**Stephanus** († 1417), **Andreas** de Laschis, sedet	1432	Gams 344
. . . .	**Joannes** de Opatowice O. Praed.[1])	. . . . . .	
ob. Joannis	**Joannes** (Taranowski) O. Praed.	1452 Aug. 18	Obl. 72, 52
ob. Joannis (1462)	**Paulus** de Grabowa[2]), prov.	1463 Junii 14	Schede di Garampi
ob. (Pauli 1479 Feb. 18)	**Joannes** (Kazimirski), praepos. ips. eccl.	1480 Mart. 6	Obl. 83, 66
tr. Jo. ad Premisl.	**Joannes** de Targowisko, ep. Premislen., obl. se	1484 Maii 14	Schede di Garampi
. . . .	**Mathias** de Lomza, ep. Camenecen. († 1505)[3])	1490 Mart. 14	

Chien. (Chios) in ins. Cyclad., suffr. Colocen. vel Mytilenen. (200 fl.)

ob. Leonardi	**Antonius** de Palavicinis, presbyter	1450 Julii 31	Obl. 72, 43
. . . .	**Hieronymus** de Camulio O. Min.	1470 Dec. 31	Schede di Garampi
ob. Hieronymi	(**Paulus** de Monelia Januensis O. Praed.)[1])	1499 Feb. 1	AC Camer. I, 72
ob. Pauli	**Benedictus** Justiniani, praepos. Januen.[2])	1502 Nov. 16	AC Camer. I, 112

Cervien.

[1]) Et tr. Mainardi ad Comaclen.

[2]) Decr. doctor et S. P. referendarius.

[3]) Reservata ei annua pens. 700 fl.

[4]) Cui indulgetur, ut excepto illo can. alia beneficia eccl. sibi collata retinere possit.

[5]) Cubicul. S. P., v. supra pag. 48 nr. 507.

[6]) „Maresciotti Bononiensis, qui, postquam 12 Nov. 1485 sanus et laetus Romam rediit, octavo die post peste infectus obiit, sepultus in bas. princ. apost. de Urbe." Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* I, 158.

Chalcedonen.

[1]) Agit nunc suffr. epporum. Norwicen. et Elien.

[2]) O. S. B. dioec. Montisregal. Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Agrigentin. et Panormitan.

[3]) Suffr. eporum. Virdunen. et Leodien.

Chelmen.

[1]) Secundum *Gams* sedet 24 annos, sed jam a. 1440 obiit, ita ut Andreae locus non esset.

[2]) Sedem transtulit Rubieszoviam.

[3]) Sedem transtulit Crasnostaviam. Secundum AC Camer. I, 27 die 8 Oct. 1492 Petrus Leszoroski ep. Camenecen. (idem ac ille Petrus O. Praed., qui secundum *Gams* a. 1493 fit epus. Camenecen.?) ad Chelmen. transfertur.

Chien.

[1]) Mag. s. palatii. Cui annata remissa est supplicante card. Beneventano. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 508.

[2]) Protonot. apost., nepos card. Beneventan. ex sorore.

Chiemen. (Chiemsee) in Germania, suffr. Salzeburgen.[1])

ob. Jo. (1438 Feb. 12)	**Silvester** Pflieger, ante	1438 Apr. 20	Gams 268
ob. Sil. (1454 Oct. 9)	**Ulricus** de Plankenfels	1454	
ob. Ul. (1467 Feb. 28)	**Bernardus** de Kraiburg	1467	
ob. Ber. (1447 Oct. 17)	**Georgius** Altdorfer	1477	
ob. Ge. (1495 Maii 2)	**Ludovicus** Ebner	1495 Maii . .	
res. Lud. († 1516 Dec. 4)	**Christophorus** Mandl de Steinfels († 1508)	1502	

Chioven. seu **Kiöven.** (Kiew) in Russia, suffr. Leopolien. ($33^1/_3$ fl.)

ob. (Stanislai de Buzow)	**Stanislaus** Martini, rector eccl. paroch. Corp. Chr.[1])	1431 Nov. 19	AC Miscell. I, 225
certo modo	**Joannes,** in Curia Rom. praesens	1477 Oct. 29	Obl. 83, 50
ob. Stanislai	**Michael** de Leopoli O. Praed.	1487 Junii 22	Inn. VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 187
ob. Michaelis	**Bartholomaeus** Solozuyky, presb. Kioven.	1495 Maii 25	AC Camer. I, 42

Chironen. (Chiron) in ins. Creten., suffr. Creten. ($66^2/_3$ fl.)[1])

ob. vel tr. Francisci	**Marcus** de Nona[2]), solvit serv. comm.	1465 Feb. 15	Obl. 79, 93
ob. Marci	**Nicolaus** (de Monte), ep. Croyacen.	1483 Feb. 14	Sixt. IV Lat. a. 12 l. 1 f. 344

Chissamen. (Chisamos) in ins. Creten., suffr. Creten. ($66^2/_3$ fl.)

ob. Nicolai[1])	**Bartholomaeus** Mauritii, can. Creten.	1440 Jan. 8	Obl. 66, 49
ob. Bartholomaei	**Manuel** Rosi, can. Creten.	1441 Nov. 17	Obl. 66 57,
ob. Emanuelis	**Thomas** de Cassinis, presbyter	1473 Junii 4	Obl. 83, 28
ob. Thomae de Cass.	**Antonius** Savina	1496 Jan. 27	AC Camer. I, 46
ob. Antonii	**Dominicus** de Alepo, can. Venetiarum	1498 Aug. 3	AC Camer. I, 67

Christopolitan. (Christopolis) in Graecia, suffr. Philippen., tit.

ob. Joannis	**Michael** Castault O. Min., mag. theol.[1])	1454 Mart. 8	Obl. 72, 60
. . . .	**Joannes** d'Ivoy O. Praed. (suffr. epi. Tullen.)[2])	1461	. . . .
. . . .	**Joannes** Obim (Olisin) O. Praed.[3])	1474 Mart. 3	. . . .
ob.	**Joannes** de Sorceyo O. Min.[4])	1492 Maii 11	AC Camer. I, 27
(ob. Joannis)	**Petrus** Lietardi O. Praed. († 5. Sept. 1506)	1504 Jan. 1	Schede di Garampi

---

Chiemen.

[1]) Provisiones de hac eccl. a sede apost. non factae, quia „Archiepiscopus Salzeburgen. habet facultatem eligendi ad eam."

Chioven.

[1]) In Broesslaw (Vratislau) dioec. Caminiecen., quam retinet in comm. Series, quam *Gams* p. 348 exhibet, a nostra nimis differt.

Chironen.

[1]) Quae eccl. a. 1526 unitur cum Arien.
[2]) Prov. 1465 Sept. 18.

Chissamen.

[1]) Hic et qui succedit Barthol. desiderantur apud *Gams* p. 403, apud quem anni, quibus alii promoti sunt (exepto Antonio Savina), multum differunt a tempore, quo supra recensentur.

Christopolitan.

[1]) Cui conceditur fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Valentin. ac Segobricen.
[2]) Cfr. not. 2 ad Chrysopolitan.
[3]) Suffr. epi. Tullen.
[4]) Agebat suffrag. epi. Tullen. Obiit 28 Maii 1503, in eccl. s. Elisabeth Tullen. sepultus.

Chrysopolitan. (Chrysopolis) in Arabia, suffr. Bostraen, tit.

. . . .	**Martinus** de Sotomajori O. Carm.[1])	1440 Sept. 23	Obl. 66, 53
. . . .	**Joannes** Isembardi O. Praed.[2])	1450 Maii 11	Obl. 72, 41
. . . .	**Martinus** de Soleta O. Praed. (suffr. epi. Basileen.)	c. 1454	. . . .
. . . .	**Guilelmus** l'Enfant O. Cist.[3])	1461	. . . .

Cicestren. (Chicester) in Anglia, suffr. Cantuarien. (1333 1/3 fl.)

ob. Sim. (a. 27 Feb. 1438)	**Richardus** Prati, mag. theol.[1])	1438 Apr. 21	Obl. 66, 40
ob. Rich. (ex. Aug. 1445)	**Adam** (Moleyns), decanus Saresberien.[2])	1445 Sept. 24	Obl. 72, 10
ob. Ad. (occ. 1450 Jan. 8)	**Reginaldus** (Pecocke), ep. Assaven.	1450 Mart. 23	Obl. 72, 40
dep. Reg. (1457 Dec. 4)	**Joannes** (Arundel, cons. 3 Jun. 1459), obl. se	1459 Jan. 15	Obl. 76, 164
ob. (Jo. 1477 Oct. 18)	**Eduardus** (Story), ep. Karleolien. († 1503 Jan. 29)	1478 Feb. 11	Obl. 83, 52

Cien. seu **Zien.** (Ceos) et **Termeniarum** inter ins. Cyclad., suffr. Athenien.

ob. Franc. Andreae	**Franciscus** Barberii	c. 1435	. . . .
ob. Franc. Barberii	**Franciscus** O. Min.	1445 Junii 9	Obl. 72, 9
tr. Franc. ad Parien.	**Joannes** de Sicilia O. Praed.	1454 Nov. 29	Schede di Garampi
. . . .	**Nicolaus** (? v. Naxien.), **Petrus**	. . . . . .	. . . .
ob. Petri	**Gometius,** scolast. Conchen., famil. card. Ascanii	1498 Maii 24	Al. VI Lat. a. 10 l. pr. f. 91

Cimbalien. (Cembalò, Balaclawa) in Chersoneso Taurico, tit.[1])

ob. Tilmanni	**Joannes** Pannewetz, decanus eccl. Bregen.[2])	1431 Apr. 11	AC Miscell. I, 215
ob. Joannis	**Bernardus,** can. reg. s. Aug. (suffr. epi. Vratislav.)	1447 Maii 15	Obl. 72, 26
ob. Leonardi(!)	**Bartholomaeus** de Cauponibus O. Min.	1448 Apr. 15	Obl. 72, 32
ob. Bernardi	**Joannes** Joannis Pelletz O. Min., bacc. theol.[3])	1456 Mart. 1	Obl. 72, 69
. . . .	**Joannes** Wilde (suffr. epi. Caminen.), cons.	1495 Mart. 12	. . . .

Cistaricen. *v.* **Sistaricen.**

Cithariden. (Cithariza) in Armenia, tit.

ob. Jacobi	**Julianus** Antonii de Floren O. Praed., bacc. th.	1439 Junii 17	Obl. 66, 47

Cithonien. *v.* **Citren.** not. 3.

Chrysopolitan.

[1]) Cfr. Andrien. ad a. 1477.

[2]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Meten., super cujus eccl. fructibus ei assignatur annua pensio 200 fl. Idem esse videtur ac ille Joannes d' Evoy O. Praed., qui a. 1461 suffr. epi. Tullen. agebat et 8 Sept. 1465 Tulli obiit.

[3]) Forsan suffr. Ebroicen., † 1482 Nov. 5.

Cicestren.

[1]) Decanus capellae regiae, cancell. eccl. Saresberien.; cons. 1438 Jul. 27.

[2]) Legum doctor, notarius apost.; cons. 1446 Febr. 6.

Cimbalien.

[1]) Aut **Simbalien.** (Symbalien., Symbolien.), quae eccl. apud *Gams inter dispersas* pag. 432 recensetur; is etiam scribit, huic eccl. per ob. **Joannis** 1462 Apr. 9 praefectum esse in epum. **Michaelem** de Rentelem O. Praed.

[2]) Brieg, dioec. Vratislav. Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Vratislav.

[3]) Cui conced. eadem fac. pro iisdem civ. et dioec., assignata ei annua pens. 200 fl. super fruct. eccl. Vratislav. Loco tamen citato nomen dioeceseos potius Abbolien. quam Symbolien vel Cimbalien. legitur.

Citren. (Cytrum) in Macedonia, tit.

ob. Joannis	**Hermannus** de Gherden O. Praed.[1])	1431 Mart. 26	AC Miscell. I, 227
. . . .	**Bertrandus** (suffr. epi. Aduren. ?)	1465	Schede di Garampi
. . . .	**Joannes** de Berneyo[2])	1467	
certo modo	**Andreas** de Arnstedt O. Praed., mag. theol.	1479 Junii 16	Sixt. IV Lat. a. 8 l. 1 f. 28
. . . .	**Petrus**[3]) (suffr. aepi. Burdegalen. ?)	1488 Feb. 9	Inn. VIII Lat. a. 4 l. pr. f. 263
. . . .	**Mathelinus** de Leonnais	1455	Schede di Garampi
ob. Mathelini	**Henricus** Daradon O. Carm. dioec. Veneten.[4])	1490 Mart. 3	AC Camer. I, 8
ob. Henrici	**Petrus** de Guynio O. Carm., mag. theol.[5])	1497 Jan. 23	AC Camer. I, 52

Civitaten. (Tempio) in Sardinia, immed. subj. (50 fl.)

(ob. Angeli)	**(Augustinus)** O. Er. s. A. de Podiobonisso[1])	1442 Apr. 27	Obl. 66, 59
	Antonius de Fontanis O. Min., mag. theol.[2])	1443 Oct. 30	Obl. 72, 1
cess. Antonii	**Rodericus** de Sesse O. Min., mag. theol.[3])	1460 Mart. 24	Pii II a. 2 Lat. l. pr. f. 13
ob. Rod. de Sesse	**Petrus Stornello** O. Praed.[4])	1490 Nov. 5	AC Camer. I, 11

Civitaten. (Città seu Civita) in Italia infer., suffr. Benevent. (50 fl.)[1])

. . . .	**Stephanus**	. . . . . .	Sixt. IV Lat. a. 2 l. 1 f. 317
ob. Stephani	**Joannes,** ep. Guardien.	1473 Maii 1	
ob. ultimi epi.	**Antonius,** presb. ipsius dioec., decr. doct.	1477 Jan. 31	Obl. 83, 46
ob. ultimi epi.	**Nicolaus,** can. Sipontin.	1480 Feb. 7	Obl. 83, 66
ob. Nicolai[2])	**Gudiel** de Cervatos	1495 Julii 26	AC Camer. I, 43
. . . .	**Thomas** de Nola O. Praed., el.	c. 1500	Gams 923

Civitaten. (Ciudad Rodrigo) in Hispania, suffr. Compostellan. (450 fl.)

ob. Gundisalvi	**Sancius,** ep. Hortan.	1431 Mart. 19	AC Miscell. I, 227
tr. San. ad Minerbien.	**Alfonsus** Sancii de Valleoleti[1])	1433 Jan. 14	AC Miscell. I, 233
. . . .	**Alfonsus** (Palenzuela O. Min.)[2]), obl. se	1460 Aug. 22	Obl. 76, 190
tr. (Alf.) ad Oveten.	**Alfonsus** de Paradnies, thesaur. eccl. Hispalen.	1469 Oct. 20	Obl. 83, 15
ob. Alfonsi[3])	**Petrus** Beltrandi, scriptor apost.	1485 Oct. 19	Obl. 83, 93
tr. P. B. ad Tuden.	**Didacus** (de Muros O. Merc.), epus. Tuden.[4])	1487 Junii 1	Obl. 83, 110

Citren.

[1]) Prior conv. de Warburg dioec. Paderb., bacc. in theol. Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Paderbornen. (et Maguntin.), † 1471 Nov. 9 in conventu Warburgen.

[2]) Qui suffr. epi. Andegaven. egisse videtur.

[3]) Animadvertendum, nomen dioecesis „Cithonien." l. c. scriptum esse, sed cum appositione: „in prov. Thessalonicen.", ad quam quidem eccl. Citren. pertinebat, non autem Cithonien., quae suffraganea prov. Athenien. erat.

[4]) Animadvertendum, nomen dioecesis „Cedren." l. c. scriptum esse.

[5]) Qui constit. suffrag. epi. Veneten assignato ei in comm. prioratu quodam a mon. s. Gildasii de Nemore O. S. B. dependente, cujus fructus val. 100 libr. Turon. non excedunt.

Civitaten. (Tempio).

[1]) Dioec. Aretin. Qui adhuc a. 1455 suffr. epi. Parmen. egisse dicitur. — A. 1439 a concilio Basil. tunc schism. in epum. Civit. promotus est **Laurentius** Scopulart O. Praed.; cfr. Joannis de Segovia Hist. conc. Basil. ed. *Birk-Beer* III, 462.

[2]) Qui habita pacifica possessione ipsius eccl. apud eandem personaliter residere tenetur.

[3]) Obl. se person. 1460 Apr. 8.

[4]) Sedit adhuc 13 Jul. 1505; die 5 Jun. 1506 eccl. Civitaten. unitur cum Ampurien.

Civitaten. (Citta).

[1]) Die 20 Oct. 1439 Bassustachius ep. Lucerin. obligavit se ad solv. serv. comm. (50 fl.) pro eccl. Civitaten. unita cum Lucerin. (Obl. 64, 290).

[2]) Inter eum et Gud. apud *Gams* p. 923 adscriptus est „Petrus el. 1483 Oct. 21."

Civitaten. (Ciudad).

[1]) Abbas eccl. de Xericio dioec. Hispalen.

[2]) Prov. 1460 Aug. 8.

[3]) Qui 15 Oct. 1485 Romae, ubi provisorem hospitalis Hispanorum de Urbe agebat, nonagenarius obiit. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* I, 154.

[4]) Qui retinet in comm. mon. s. Mariae de Soprado O. S. B. cum mon. s. Justi et s. Martini dioec. Compostell.

ob. Didaci de Moyras	**Joannes** Ortega, scolast. eccl. Seguntin.	1493 Jan. 23	AC Camer. I, 30
tr. Joa. ad Calagur.	**Didacus** de Peralta	1499 Sept. 6	AC Camer. I, 78
ob. Didaci	**Valerianus** Ordonnez de Villaquiran[5])	1501 Sept. 24	Al. VI Lat. a. 10 l. pr. f. 31

Civitatis Castellanae (Civita Castellana) in Italia media, immed. subj. (50 fl.)

ob. Gregorii (1432)[1])	**Joannes**, sedet 1435, amovetur[2])	1439	Gams 685

Civitatis Castelli (Città di Castello, Tifernum) in Italia media, immed. subj. (250 fl.)

priv. Sinibaldi	**Radulfus** O. Er. s. A., poenit. apost.	1441 Mart. 8	Obl. 66, 55
. . . .	**Joannes** (Gianderoni O. Er. s. A.)[1]), obl. se	1460 Julii 15	Obl. 76, 188
tr. Joa. ad Massan.	**Bartholomaeus** de Marascha, magister domus S. P.	1474 Julii 15	Obl. 83, 33
ob. Barth.	**Joannes Baptista** (Lagni),[2]) nobilis, decr. doct.	1487 Sept. 24	Inn. VIII Lat. a. 4 l. pr. f. 332
tr. Jo. B. ad Rossan.	**Nicolaus** Hippolyti, aep. Rossanen.[3])	1493 Jan. 18	AC Camer. I, 30
tr. Nic. ad Arianen.	**Ventura** de Buffalinis, adiac. Aesculan.[4])	1498 Jan. 10	AC Camer. I, 61
tr. Ven. ad Interam.[5])	**Julius** de Vitellis, clericus	1499 Apr. 17	AC Camer. I, 73
priv. Julii de Vit.	**Antonius** de Monte (Ciocchi)	1503 Aug. 4	AC Camer. I, 117

Civ. ducalis (Città ducale) in Italia infer.

neo erect.	**Matthaeus** de Ursinis, clericus Romanus, nobilis	1502 Jan. 24	AC Camer. I, 103

Civitatis novae (Wiener Neustadt) in Austria, suffr. Salzeburg.

er. a Paulo II	**Petrus** Engelpert, decanus ips. eccl., mag. in art.	1477 Mart. 10	Obl. 83, 48
(ob. Eng. 1491 Feb. 17)	**Augustinus** (Kiebinger, Kienser)[1])	1491 Oct. 23	AC Camer. I, 18

Claromonten. (Clermont) in Gallia, suffr. Bituricen. (4550 fl.)

ob. Martini	**Jacobus** de Camborano, praepos. ipsius eccl.[1])	1445 Maii 10	Obl. 72, 9
ob. (Jac. 1475 Feb. 15)	**Antonius** (Alamandi), ep. Caturcen.	1475 Mart. 8	Obl. 83, 36
retr. Ant. ad Caturc.	**Carolus** de Borbonio[2]), in possess.	1476 Mart. 10	Gams 538
ob. card. Lugdun.[3])	**Carolus** de Borbonio († 1504 Feb. 22)	1488 Sept. 26	Obl. 83, 116

Claudiopolitan. (Claudiopolis) in Bithynia, tit.

certo modo	**Claudius** Rup[1])	1476 Apr. 27	Sixt. IV Lat. a. 5 l. 1 f. 244

Civitaten. (Ciudad).

[5]) Presb. Zamoren., capell. regis et reginae Cast. et Leg.

Civitatis (Castellanae).

[1]) Inter eum et Joannem apud *Gams* recensetur ad a. 1432 Sante (Sancius) translatus ab eccl. Hortan.; sed is ad eccl. Civitaten. in Hisp., non ad Civ. Cast. transfertur.

[2]) Quo amoto ecclesia Civ. Cast. unitur ecclesiae Hortan.

Civitatis (Castelli).

[1]) Prov. 1460 Jul. 4.

[2]) Rector paroch. eccl. s. Septimi de Palatio Forosymphron.

[3]) Qui simul in aepum. Caesarien. promovetur.

[4]) Cler. cam. apost.

[5]) Possessione eccl. Civ. Castelli non habita, opponentibus se dominis Vitellensibus ipsius civit. civibus. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 425.

Claromonten.

[1]) Protonot. apost.

[2]) Qui 18 Dec. 1476 in S. R. E. card. promotus retinebat eccl. Claromonten.

[3]) Et commendatarii mon. Insulae barbarae dioec. Lugdunen.

Claudiopolitan.

[1]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Gebennen., assign. ei super illius eccl. fructibus annua pens. 200 libr. Turon.

Clochoren. (Clogher) in Hibernia, suffr. Armachan. (77 fl.)

ob. Arthuri	**Petrus** Magugir (Mac-Guire), adiac. ips. eccl.[1])	1433 Aug. 31	Obl. 66, 3
res. (Petri)	**Rogerius** (Mac-Guire)	1447 Julii 21	Obl. 72, 27
res. Rogerii	**Florentius** Wolley O. S. B. mon. de Albentonia[2])	1475 Nov. 20	Obl. 83, 39
ob. (Florentii)[3])	**Joannes** Edmundus (Courcey) O. Min., mag. th.[4])	1484 Junii 14	Obl. 83, 90
tr. Edm. ad Rossen.	**Nehemias** (Hervaeus) O. Er. s. A.	1502 Jan. 24	AC Camer. I, 104

Clodien. *v.* Clugien.

Clonferten. (Clonfert) in Hibernia, suffr. Tuamen. (300 fl.)

ob. Thomae	**Joannes** O'Heyne O. Min., lic. in theol.[1])	1441 Oct. 25	Obl. 66, 57
. . . .	**Cornelius** Omulalayd O. Min., def. nat. patiens	1447 Maii 22	Obl. 72, 26
res. Joannis Nut (Vit)[2])	**Cornelius** (O'Cunlis O. Min.), ep. Imelacen.[3])	1448 Aug. 30	Obl. 72, 33
res. (Cornelii)	**Matthaeus** Mac' Craith (abbas mon. Laonien.)[4])	1463 Junii 22	Schede di Garampi

Clo(y)nen. *v.* Corkägen.

Cluanen. (Clonmacnois) in Hibernia, suffr. Armachan. ($33^1/_3$ fl.)

ob. Cormaci	**Joannes** Odalay (Oldais) O. Min., bacc. in theol.	1444 Sept. 18	Obl. 72, 6
. . . .	**Robertus**	. . . . .	. . . .
ob. Roberti	**Guilelmus**, prior pr. de Benkburne[1])	1458 Julii 14	Cal. III a. 4 Lat. l. pr. f. 154
. . . .	**Jacobus** (1480, † 1486), **Joannes**	1486	. . . .
ob. Joannis	**Walterus** Blach, can. Cluanen., nobilis[2])	1487 Mart. 26	Inn. VIII a. 1 Lat. l. 7 f. 264

Clugien. (Chioggia) in Italia super., suffr. Venetiarum (68 fl.)

ob. Pascalis	**Nicolaus** de Crucibus, decr. doctor[1])	1457 Oct. 21	Obl. 72, 80
tr. Nic. ad Pharen.	**Nicolaus** (Inversi O. Serv.), solvit serv. comm.	1463 Feb. 8	Obl. 79, 46
ob. ult. episcopi	**Jacobus** de Rubeis, protonot. apost.[2])	1471 Sept. 4	Obl. 83, 21
ob.	**Silvester** de Datiariis, cubicul. S. P.[3])	1480 Jan. 24	Obl. 83, 65
ob. Silvestri	**Bernardinus** Venerius (Fenier)[4])	1487 Jan. 24	Inn .VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 310

Clusin. (Chiusi) in Italia media, immed. subj. (450 fl.)

ob. Petri Pauli	**Alexius** (Cesari) de Senis[1])	1438 Jan. 8	Obl. 66, 39
(tr. A. ad Benevent.)	**Joannes** (Chinugi), solv. serv. comm.	1462 Apr. 6	Obl. 79, 32

Clochoren.

1) Def. nat. patiens, postul., prov.

2) Dioec. Saresberien.; cfr. Sixt. IV a. 5 Lat. lib. 1 f. 39.

3) Extra Curiam defuncti et Helani (al. Nillani) el. in Urbe def.

4) Litterae super illius Joh. Edm. promotione expediuntur 14 Sept. 1484. Cfr. Inn. VIII Lat. a. 2 lib. 4 f. 16. Illi Edmundo 10 Jul. 1500 certus quidam Andreas datus erat coadjutor c. j. s. (AC Camer. I, 87).

Clonferten.

1) Minister prov. Hiberniae. Qui jam 1438 Jul. 18, tunc bacc. form. in theol., in epum. Clonferten. promotus est (Obl. 66, 42) translato Thoma ad eccl. Tuamen., qui quidem huic tr. non consensisse videtur. Agebat suffr. epporum. Londonien., Exonien., Wigorn.

2) „Seu absol. ejusdem ob non factam resid. aut res. Cornelii Omulalayd (eodem die ad Imelacen tr.) aut ob. Thomae Yccalid (?) vel tr. ejusd. ad Tuamen. aut absol. Joannis Yheny (O'Heyne) ob non exped. litt. apost. aut ob. Henrici Ycompina (?) aut alias quoquomodo." Apud *Gams* inter Joannem O'Heyne et Corn. inseritur Thomas de Burgo, cujus loco ille Henricus Ycompina recensendus esse videtur; ipse autem Thomas de Burgo pertinet ad Imelacen.

3) Vivebat adhuc 1469 Romae.

4) Defectum natal. et aet. patiens. Obiit 1507.

Cluanen.

1) O. Can. s. Aug. dioec. Dunelmen.

2) A Sixto IV ecclesiae Tuamen., quae falso credebatur vacare, praef. in aepum., jam consecr. Obiit a. 1508.

Clugien.

1) Pleb. eccl. s. Juliani de Venetiis.

2) Decanus Concordien.

3) Cfr. supra pag. 48 nr. 507.

4) Can. eccl. s. Georgii de Pirano († 1535).

Clusin.

1) Prior canonicae de Grossenario dioec. Aretin.

(tr. Jo. ad Pientin.)	**Gabriel** (Piccolomini), solv. serv. comm.	1463 Jan. 7	Obl. 79, 42
ob. Gabrielis	**Laurentius** Mancini, clericus Senen.[2])	1483 Oct. 22	Obl. 83, 87
. . . .	**Antonius**	1490 (!)	Gams 754
ob. Ant. (1497)	**Sinulfus** (de Castel Lotario), clericus cam. apost.[3])	1497 Mart. 8	AC Camer. I, 53
ob. Sinulphi[4])	**Bonifatius** (de Castel Lotario, † 1504)	1503 Feb. 8	AC Camer. I, 113

Cognavien. seu **Conavien.** *v.* **Cunavien.**

Colimbrien. seu **Co(n)imbrien.** (Coimbra) in Lusitania, suffr. Bracharen. (2000 fl.)

ob. (Alvari 1444)	**Ludovicus** (Coutinho), ep. Visen.	1444 Apr. 1	Obl. 72, 2
tr. Lud. ad Ulixbon.[1])	**Alfonsus** de Nogueira, protonot. apost.	1452 Nov. 15	Obl. 72, 53
tr. Alf. ad Ulixbon.	**Joannes** Roderici (Galvao), el. Cepten., 20 a. agens	1459 Sept. 17	Pii II. a. 2 Lat. l. pr. f. 66
tr. (Joa.) ad Elboren.	**Garsias,** abbas mon. . . .	1469 Feb. 9	Obl. 83, 16
tr. Gars. ad Brachar.	**Georgius** de Almeyda, can. Ulixbon.[2])	1482 Maii 22	Obl. 83, 77

Colocen. et **Bachien.** (Kalocza-Bacs) in Hungaria, metrop. (2000 fl.)

ob. Joannis	**Mathias** (de Bachino)[1]), ep. Transilvan.	1449 Julii 8	Obl. 72, 37
	Raphael (Herczeg de Zékcheö)	1450 Aug. 31	Obl. 72, 43
ob. Raphaelis (1456)	**Stephanus** de Varda, praepos. eccl. Agrien.[2])	1457 Feb. 25	Obl. 72, 75
ob. Steph. card.	**Gabriel,** vicecamer. regis Hung.	1471 Maii 24	Obl. 83, 20
ob. Gabrielis	**Georgius,** praepos. Quinqueeccl.[3])	1479 Feb. 1	Obl. 83, 59
ob. Georgii	**Petrus** (de Varda), praepos. eccl. Transilvan.[4])	1481 Feb. 16	Obl. 83, 71
ob. Petri	**Ladislaus** (Gereb de Vingarth), ep. Transilvan.	1502 Feb. 14	AC Camer. I, 105

Colocen. seu **Colossen.** (Kolossi) in ins. Rhodo, metrop. (120 fl.)

ob. Boetii	**Andreas** de Constantinopoli O. Praed., mag. th.[1])	1431 Maii 2	AC Miscell. I, 229
tr. Andr. ad Nicosien.	**Joannes** (Moreli), el. Nicosien.[2])	1447 Apr. 19	Obl. 72, 25
ob. Joannis	**Julianus** (de Ubaldinis O. Praed.), mag. theol.	1473 Sept. 20	Obl. 83, 29
ob. ultimi aepi.	**Marcus** (sedet adhuc 1504)[3])	1475 Oct. 23	Obl. 83, 39

Colonien. (**Köln**) iu Germania, metrop. (10000 fl.)

ob. Theoderici[1])	**Rupertus** (comes pal. Rheni),[2]) solvit serv. comm.	1463 Junii 16	Obl. 79, 69
ob. Rup. (1480 Jul. 16)	**Hermannus** lantgravius (Hassiae)[3])	1480 Nov. 15	Obl. 83, 70

Clusin.

[2]) Die 23 Oct. 1492 mittitur in marchiam Ancon., ipsius thesaurarium agens (*Schede di Garampi*).

[3]) Consecr. 4 Jun. 1497 in maj. capella palatii apost. Cfr. Reginen. Calabr.

[4]) Camerae apost. clerici et secretarii apost., Romae 14 Jan. 1503 defuncti, cujus corpus in eccl. b. Mariae de populo sepelitur. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* III. 233.

Colimbrien.

[1]) Apud *Gams* p. 97 inter Lud. et Alf. recensetur „frater Joannes Rodrigues, venerabilis, recus."; qui quidem idem ac Joannes Roderici successor Alfonsi esse videtur; sed apud *Gams* huic successori nomen „Joannes Galvao" est, qui a. 1483 transfertur ad Bracharen., omisso Garsia.

[2]) Notarius apost., in minor const., 25 a. agens, regis Portug. orator († 1543); cfr. Sixt. IV a. 11 Lat. l. pr. f. 86.

Colocen. (Kalocza).

[1]) Apud *Gams* p. 372 falso nominatur Joannes.

[2]) Decr. doctor, a Ladislao rege Hung. nominatus et a cap. postul., prov. Promotus 18 Sept. 1467 in S. R. E. card. retinet illam eccl.

[3]) Decr. doctor, cui conceditur dilatio solvendi (serv. comm.) ad 5 menses.

[4]) Cancell. regis Hung. Cui remanet mon. s. Steph. de Zenthios O. S. B. dioec. Varadien. commendatum.

Colocen. (Kolossi).

[1]) S. pal. apost. et s. theol. professor. A. 1444 simul obtinet admin. eccl. Paphen. Cfr. not. ad Niserien.

[2]) Reservata ei de fruct. eccl. Nicosien. annua pens. 3000 fl. A Paulo II a. 1 ei prioratus regularis Belvacen. de novo in comm. concessus est (*Schede di Garampi*).

[3]) Obligavit se 8 Oct. 1483 pro solv. serv. comm. (133⅓ fl.), sed 28 Jul. 1485 a solutione liberatus est.

Colonien.

[1]) Quem Eug. IV die 24 Jan. 1446 utpote scismaticum et haereticum, sicut in bulla privationis et declarationis contra eum edita continetur, amovet et Adolfum de Clivis, filium ducis Clivensis, in minor. const., 21 a. agentem, qui ad aliquem ordinem sacrum promoveri non tenetur nisi post habitam pacif. possess. eccl. Colonien., in aepum. Col. promovet (Obl. 72, 11); sed illa privatio et haec promotio effectu caruerunt.

[2]) El. 1463 Mart. 30.

[3]) Can. ips. eccl., subdiac., el., prov.; cfr. Sixt. IV a. 10 Lat. lib. 1 f. 79.

Comaclen. (Comacchio) in Italia media, suffr. Ravennaten. (100 fl.)

(ob. Alberti)	**Meinardus** de Contrariis, olim el. Cervien.[1])	1431 Nov. 21	AC Miscell. I, 226
priv. Meinardi[2])	**Franciscus** de Foglano, praep. Mutinen.[3]) obl. se	1460 Julii 28	Obl. 76, 188
. . . .	**Philippus** de Zobolis (Zobale)	1472 Mart. 6	Schede di Garampi
ob. Philippi (1497)	**Meliadusius** Estensis, rector par. eccl. s. Petri[4])	1497 Junii 26	AC Camer. I, 56

Compostellan. (Compostella) in Hispania, metrop. (4000 fl.)

ob. Lupi (1445 Febr. 3)	**Alvarus** (de Isorna), ep. Conchen.	1445 Apr. 7	Obl. 72, 8
ob. Alv. (1449 Febr. 9)	**Rodericus** de Luna, protonot. apost.[1])	1449 Apr. 7	Obl. 72, 36
. . . .	**Alfonsus** (de Fonseca), aep. Hispalen., obl. se	1460 Dec. 3	Obl. 76, 193
ob. Alfonsi (1486)	**Alfonsus** de Fonseca (postea patr. Alex. † 1508)	(1486)	Gams 26

Compsan. *v.* **Consan.** — **Conavien.** *v.* **Cunavien.**

Conchen. (Cuenca) in Hispania, suffr. Toletan. (500 fl.)

tr. Alv. ad Compost.	**Lupus** (de Barrientos), ep. Abulen.	1445 Apr. 7	Obl. 72, 8
ob. Lupi (1469 V 30)	**Antonius Jacobus** (de Veneris), ep. Legionen.[1])	1469 Oct. 6	Obl. 83, 14
ob. card. Conchen.	**Raphael** Riario S. R. E. card., *in admin.*	1479 Aug. 13	Obl. 83, 62
res. Raph. card.	**Alfonsus** (de Burgos O. Praed.), ep. Corduben.	1482 Julii 8	Obl. 83, 79
tr. Alf. ad Palentin.	**Alfonsus** (de Fonseca), ep. Abulen.	1485 Aug. 26	Obl. 83, 97
tr. Alf. ad Oxomen.	**Raphael** Riario card., iterum in comm.	1493 Maii 24	AC Camer. I, 34

Concordien. (Concondia) in Italia super., suffr. Aquilegen. (400 fl.)

ob. Henrici (1432)	**Daniel** (Scoto), ep. Parentin.	1433 Jan. 7	AC Miscell. I, 239
ob. Dan. (1443 Jul. 11)	(**Joannes**) Baptista (Legname) de Padua[1])	1443 Julii 19	Obl. 66, 63
ob. Bapt. (1455 Apr. 6)	**Antonius** (Feletto), can. eccl. s. Theclae de Este[2])	1455 Maii 2	Obl. 72, 65
ob. Ant. (1488 Oct. 15)	**Leonellus** (Clericatus), ep. Tragurien. († 1506)	1488 Oct. 22	Obl. 83, 117

Condomien. (Condom) in Gallia, suffr. Burdegalen. (2500 fl.)

ob. Joannis (1454)	**Guilelmus** d'Estampes, ep. Montisalban., obl. se	1454 Mart. 18	Schede di Garampi
. . . .	**Guido** (de Montbrun, el. 1458), solvit serv. comm.	1461 Apr. 14	Obl. 79, 18
ob. Guidonis[1])	**Antonius** de Pompadorio, can. Paris.[2])	1486 Dec. 15	Inn. VIII a. 1 Lat. l. 7 f. 174
(ob. Ant. 1496 Oct. 11)	**Joannes** de la Grolaie S. R. E. card.[3]), in comm.	1496 Oct. 26	Schede di Garampi
ob. Jo. card. s. Dion.	**Amenevus** de Lebreto, protonot. apost., *in admin.*	1499 Sept. 13	AC Camer. I, 78
. . . .	**Joannes** de la Marre († 13 Oct. 1521), i. p.	1497 Jan. 23	Gams 540

Comaclen.

[1]) Ipsius eccl. admin. Cui prioratus s. Romani Ferrarien. et plebanatus eccl. s. Mariae de Vigueria, quos jam tenebat, in comm. remanet.

[2]) Inter eum et Franc. apud *Gams* p. 687 ad a. 1450/60 adscribitur „**Bartholomaeus** de Medicis O. Praed."

[3]) Notarius apost., prov. 7 Jul. 1460.

[4]) De Cupayo dioec. Ferrar. (res. 1506).

Compostellan.

[1]) Minor 27 a., sed major 20 a., usque ad a. 27 *in admin.*, dein *in aepum.*

Conchen.

[1]) Reservata annua pens. 400 fl. domino de Mendoza. Qui 7 Maii 1473 promotus in S. R. E. card. retinet eccl. Conchen.

Concordien.

[1]) Can. Veronen., legum doctor.

[2]) Dioec. Paduan.

Condomien.

[1]) Qui 22 Oct. 1462 transf. ad Caturcen. administratione ecclesiae Condom. Ludovico card. ss. Marcellini et Petri commissa. Sed illa translatio effectum non habuisse videtur.

[2]) Lic. in decr., protonot. apost., nobilis.

[3]) Neque hic nec Amenevus possessionem eccl. Condom. adepti esse videntur. Cfr. Convenar. ad a. 1499 et Oloren. ad 1500 ac not. ad Appamiar.

Conneren. *v.* **Dunen.** — **Conovien.** *v.* **Cunavien.**

Consan. vel **Compsan.** (Conza) in Italia infer., metrop. (200 fl.)

tr. Gasp. ad Neapol.	**Latinus** de Ursinis, subdiac. S. P., 27 a. agens	1438 Mart. 10	Obl. 66, 39
tr. Lat. ad Tranen.	**Raymundus** (de Strongoli), ep. Bojanen.	1439 Julii 3	Obl. 66, 47
ob. Raymundi	**Joannes** de Comite, subdiac. S. P.[1])	1455 Jan. 26	Obl. 72, 68
res. Jo. card.	**Nicolaus** Gratus de Comitibus, cler. Romanus[2])	1484 Oct. 1	Obl. 83, 92
ob. Nicolai	**Franciscus**	1494 Oct. 8	AC Camer. I, 40

Conseranen. (Conserans al. St. Lizier) in Gallia, suffr. Auxitan. (1000 fl.)

ob. Gerardi[1])	**Andreas**, interfuit concilio Florentino	1439	. . . .
ob. Andreae[2])	**Jordanus** (de Aura), ep. Mirapiscen.	1440 Apr. 18	Obl. 66, 49
ob. Jordani (1443)	**Raymundus** de Tullio O. Praed.	1443 Dec. 11	Obl. 72, 1
tr. Ray. ad Castren.[3])	**Tristandus** (de Aura),[4]) postul., prov.	1444 Maii 8	Obl. 72, 3
tr. Trist. ad Aduren.	**Guiscardus** de Albuçonio, *in admin.*, obl. se	1460 Nov. 5	Obl. 76, 192
tr. Guisc. ad Caturcen.	**Joannes** (d'Aule), abbas mon. de Fuxo)[5])	1475 Dec. 15	Obl. 83, 89

Constantien. (Konstanz) in Germania, suffr. Maguntin. (2500 fl.)

res. Ottonis[1])	**Fredericus** comes de Zolar (Zollern), can. Argentin.	1434 Sept. 6	Obl. 66, 13
ob. Frid. (1436 Jul. 30)	**Henricus** de Höwen, praepos. ips. eccl.[2])	1436 Sept. 19	Obl. 66, 29
(ob. Henr. 1462 Sept. 1)	**Burcardus** (de Randegg)[3]), solvit serv. comm.	1463 Jan. 14	Obl. 79, 42
(ob. Burc. 1466 Apr. 13)	**Hermannus** de Breitenlandenberg), dec. ips. eccl.	1466 Junii 2	Obl. 83, 2
. . . .	**Ludovicus** (de Freiberg), in coadj.[4])	1474 Sept. 2	Obl. 83, 34
res. Lud. (a. 1 Aug.1479)	**Otto** de Sonnenberg, can. ips. eccl.	1480 Nov. 10	Sixt. IV Lat. a. 10 l. 1 f. 44
ob. Ott. (1491 Mart. 21)	**Thomas** (Berlower, el. 1491 Mart. 22), prov.	1491 Sept. 9	AC Camer. I, 17
ob. Tho. (1496 Apr. 25)	**Hugo** (de Hohenlandenberg)[5]), el., prov.	1496 Julii 29	AC Camer. I, 49

Constantien. (Coutances) in Gallia, suffr. Turonen. (400 fl.)

ob. Philiberti[1])	**Aegidius** (de Duremort) O. Cist.[2])	1439 Oct. 9	Obl. 66, 48
ob. Aeg. (1444 Jul. 29)	**Joannes** Castiglioni	1444 Sept. 2	Schede di Garampi
tr. Joa. ad Papien.[3])	**Ricardus** Oliverii, adiac. de Augo[4])	1453 Oct. 3	Obl. 72, 58
(ob. Ricardi card.)	**Benedictus** (de Montferrand)	. . . . .	. . . .

Consan.

[1]) Qui 15. Nov. 1483 in S. R. E. card. promotus retinebat eccl. Consan.

[2]) Nepos card. res., 22 a. agens, usque ad a. 27 in admin., dein in epum.

Conseranen.

[1]) Inter eum et Andream apud *Gams* p. 541 recensetur ad a. 1433 **Joannes.**

[2]) Et revoc. commendae (**Guilelmo** de Estoutevilla) card. Andegaven. factae, reservata ei annua pens. 250 fl.

[3]) Et dein ad s. Papuli. Die 7 Nov. 1446 Eug. IV in consistorio secreto decernit, translationem Raymundi ad s. Papuli et promot. Tristandi ad Conseran. olim factas plenarium effectum debere sortiri. Cfr. not. ad Biterren.

[4]) Abbas saec. eccl. s. Salvatoris Auxitan., in min. const.

[5]) Quod mon. retinet in comm. Resignavit a. 1515.

Constantien. (Konstanz).

[1]) Translati ad eccl. Caesarien., reserv. ei annua pens. 1300 libr. et concessa facultate habitandi juxta suae voluntatis beneplacitum in quocunque castro ipsius eccl. Const.

[2]) Cfr. Curien. ad a. 1441.

[3]) Prov. 1 Dec. 1462.

[4]) Cedente vel decedente Hermanno († 1474 Sept. 20) in epum.

[5]) Can. ips. eccl. Resign. 5 Jan. 1529.

Constantien. (Coutances).

[1]) Pragae die 20 Jun. 1439 def.

[2]) Abbas mon. Fiscampen. O. S. B., consecr. 1440 Jul. 28, † Rothomagi.

[3]) Reserv. ei annua pens. 700 scut.

[4]) In eccl. Rothomag., protonot. apost., lic. in leg. Qui 17 Dec. 1456 promotus in S. R. E. card. retinet illam eccl. Cfr. not. ad Rothomagen. — Die 5 Sept. 1470 ecclesiae Constantien. vac. per ob. Ricardi († 19 Aug. 1470) Maffaeus abbas mon. s. Antonii Viennen. praefectus est in epum. (reserv. annua pens. 500 duc. Marco tit. s. Mcrci card. „Vicentin.“ et 500 duc. Theodoro diac. card. „Montisferrati“). Qui quidem a Benedicto de Monteferrand (a capit. in epum. Const. el.) impeditus esse videtur, quominus possessionem eccl. Const. adipisceretur.

tr. Ben. el. ad Lausan.	**Julianus** de Ruvere, S. R. E. card. et ep. Lausan.	1476 Julii 15	Obl. 83, 43
res. Jul. card.[5])	(**Galeacius**) de Ruvere, illius card. nepos[6])	1477 Dec. 3	Obl. 83, 51
tr. Gal. ad Agenen.	**Gaufridus** Eberth (Herbert)[7])	1478 Julii 3	Obl. 83, 55

Constantinopolitan. (**Constantinopolis**), patriarch., tit. (1500 fl., 1133⅓ fl., 650 fl.)

ob. Jo. Contareno	**Isidorus** S. R. E. card. „Ruthenus"	c. 1455	Schede di Garampi
ob. Isidori card.	**Bessarion** S. R. E. card. „Nicaenus" (1500 fl.)	1463 Apr. . .	
ob. Bessar. card.	**Petrus** Riario card. „s. Sixti" (1133⅓ fl).	1472 Nov. 23	
ob. P. card. s. Sixti	**Hieronymus** Landus, aep. Creten. (650 fl.)	1474 Mart. 9	
ob. Hieronymi	**Joannes** de Michaelis S. R. E. card. „s. Angeli"	1497 Jan. 23	
ob. card. s. Angeli	**Joannes** Borja S. R. E. card. „Montisregalis"	1503 Apr. 24	AC Camer. I, 114
ob. Jo. card. M.-R.	**Franciscus** de Loris S. R. E. card. „Elnen."	1503 Aug. 9	AC Camer. I, 118

Convenarum. (**Cominges**) in Gallia, suffr. Auxitan. (4000 fl.)

res. card. de Fuxo[1])	**Arnaldus** de Hispania, ep. Oloren.[2])	1451 Julii 5	Obl. 72, 47
. . . .	**Joannes** (de Fuxo), ep. Aquen. (Dax)[3])	1466 Maii 9	Obl. 83, 2
ob. Joannis	**Amenevus** (de Alebreto), protonot. ap., *in adm.*[4])	1499 Julii 19	AC Camer. I, 76

Conventren. et **Lichefelden.** (**Coventry-Lichfield**) in Anglia, suffr. Cantuarien. (3500 fl.)

ob. Guil. (1447 III 13)	**Guilelmus** Bot (Booth), cancell. regis Angliae[1])	1447 Apr. 26	Obl. 72, 25
tr. Guil. ad Eboracen.	**Nicolaus** (Close), ep. Carleolen.	1452 Aug. 30	Obl. 72, 52
ob. Nic. (m. Oct. 1452)	**Reginaldus** (Boulers), ep. Hereforden.	1453 Feb. 7	Obl. 72, 54
ob. Reg. (a. 10 Apr. 1459)	**Joannes** (Hales, cons. 1459 Nov. 25), obl. se	1459 Sept. 20	Obl. 76, 174
ob. Jo. (1490 Dec. 30)	**Guilelmus** Smith, decanus capellae regiae[2])	1492 Oct. 1	AC Camer. I, 27
tr. Guil. ad Lincoln.	**Joannes** (Arundell), dec. Exonien. et capell. reg.	1496 Aug. 3	AC Camer. I, 49
tr. Jo. ad Exonien.	**Gaufridus** (Blythe), decanus Eboracen. († 1531)	1503 Maii 5	AC Camer. I, 115

Conversan. seu **Cupersan.** (**Conversano**) in Italia infer., suffr. Baren. (33⅓ fl.)

ob. Antonii	**Marinus** de Ursinis, clericus Romanus[1])	1432 Nov. 4	Arm. XII, 121, 277
cess. h. admin.	**Andreas** de Verulis, legum doctor	1437 Apr. 29	Obl. 66, 34
tr. Ant. ad Bojanen.	**Donatus** (Bottini) de Neapoli O. Er. s. A.[2])	1439 Oct. 9	Obl. 66, 49
tr. Don. ad Valven.	**Petrus** de Migolla O. Min.	1448 Sept. 4	Obl. 72, 33
(ob. Petri)	**Paulus** (de Turculis), solvit serv. comm.	1465 Nov. 30	Obl. 79, 94
ob. Pauli (1482)	**Sulpitius** (Aquaviva), ep. Bitetten.	1483 Feb. 17	Obl. 83, 84
. . . .	**Vincentius** Pistachio	. . . . . .	. . . .
tr. Vinc. ad Bittect.	**Donatus** de Aquaviva,[3]) protonot. apost.	1498 Dec. 3	AC Camer. I, 71

Constantien. (Coutances).

[5]) Cfr. Vivarien.

[6]) Def. aet. patiens.

[7]) Cui 28 Sept. 1478 conced. in comm. mon. de Ebrolio O. S. B. dioec. Claromont. vac. per ob. epi. Mimaten. et mon. de Thierico O. Clun. dioec. Claromont. vac. per ob. ultimi abb. (l. c. f. 57). Obiit 1 Febr. 1510.

Convenarum.

[1]) Cfr. Aquen. (Dax) ad a. 1451 et Arelaten. ad a. 1450. Inter eum et Arn. apud *Gams* p. 539 ad a. 1442—1448 adscribitur Grimoaldus.

[2]) Cui reservatur quidam prioratus in dioec. Oloren. Sedes Conv. vacat a. 1464 et 1465.

[3]) Apud *Gams* p. 539 ad a. 1465 certus quidam Joannes et ad 1471 Joannes de Fuxo adscribuntur.

[4]) Cfr. Condomien. ad a. 1499 et Oloren. ad a. 1500.

Conventren.

[1]) Consecr. 1447 Jul. 9.

[2]) S. Stephani et mon. London.

Conversan.

[1]) Decr. doct., notar. apost., *in admin.* ad quinquen.

[2]) Mag. theol.

[3]) Frater marchionis de Bitonto, a. 24 agens, usque ad a. 27 *in admin.*, dein *in epum.*

Corbavien. (Krbava) in Dalmatia, suffr. Spalaten. ($33^{1}/_{3}$ fl.)[1]

ob. Petri	**Vitus** Ostoir Marinich, can. Curzolen.	1431 Junii 22	AC Miscell. I, 220
ob. Viti	**Franciscus** (O. Min.), ep. Veglen.[2])	1456 Oct. 29	Obl. 72, 73
. . . .	**Nicolaus** Machinensis (primus ep. Modrus.)[3])	1461 Oct. . .	Gams 388 cfr. 399
ob. . . . a. s. a.	**Christophorus** de Ragusa[4])	1480 Maii 29	Obl. 83, 67
ob. Christophori	**Jacobus** Dragatius, auditor Rotae[5])	1499 Apr. 12	AC Camer. I, 73
ob. Jacobi[6])	**Simon** († Jaderae m. Mart. 1536)	c. 1500	Gams 388

Corchagen. *v.* Corkagen. — Corcyren. *v.* Corfien.

Corduben. (Cordova) in Hispania, suffr. Hispalen. (500 fl.)

ob. Gundisalvi	**Sancius** (de Roxas), ep. Astoricen.	1440 Apr. 6	Obl. 66, 51
ob. Sancii de R.	**Gundisalvus** de Illescas O. b. Hieron.	1454 Aug. 16	Obl. 72, 62
ob. Gundisalvi	**Petrus** (de Corduba y Solier),[1]) el., prov.	1465 Junii 14	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 34
ob. P. (post 19 Aug. 1476)	**Alfonsus** (de Burgos) O. Praed., mag. theol.	1477 Apr. 30	Obl. 83, 48
tr. Alf. ad Conchen.	**Tellius** de Buendia, adiac. Tolet., decr. dr., diac.	1483 Jan. 15	Sixt. IV a. 12 Lat. l. pr. f. 293
ob. Thellii	**Ludovicus** (de Velasco), el. Legionen.[2])	1484 Feb. 20	Obl. 83, 89
ob. Ludovici	**Enecus** (Manriquez de Lara), ep. Legionen.	1485 Aug. 26	Obl. 83, 98
ob. En. (1496 Mart. 1)	**Franciscus** (Sanchez de la Fuente), ep. Abulen.	1496 Jan. 27	AC Camer. I, 48
ob. Francisci	**Joannes** (Rodriguez Fonseca), ep. Pacen.	1499 Sept. 6	AC Camer. I, 78

Corfien. seu Corphien. vel Corcyren. (Corfú) in ins. cognom., metrop. (300 fl.)

ob. Martini	**Franciscus** Griti, pleb. eccl. s. Pantal. de Venetiis[1])	1452 Mart. 28	Obl. 72, 50
ob. Francisci	**Isidorus** card. Ruthen., *in admin.*	. . . . . .	. . . .
res. Isidori	**Petrus** Frigerio O. Praed., obl. se[2])	1459 Mart. 17	Obl. 76, 166
ob. Petri	**Sanctus** Venerius, can. Paduan., in minor. const.	1481 Aug. 3	Obl. 83, 73

Corinthien. (Corinthus) in Graecia, metrop., tit.

. . . .	**Malachias**, obiit Neapoli c.	1460	Schede di Garampi
. . . .	**Antonius** Saracco, adiac. eccl. Venetiarum	1476 Julii 31	Obl. 83, 43

Corisopiten. (Quimper) in Gallia, suffr. Turonen. (1000 fl.)

res. Bertrandi	**Alanus** (de Lespervier), ep. Dolen.[1])	1444 Aug. 24	Obl. 72, 6
tr. Al. ad Caesarien.	**Joannes** de Lespervier, proton. apost., 27 a. agens	1451 Jan. 16	Obl. 72, 45

Corbavien.

[1]) Sedes a. 1460 **Modrussam** transfertur, a qua civitate ipsa episcopi nomen assumunt, ita ut deinceps nonnisi epi. **Modrusienses** occurrant.

[2]) Cui 31 Mart. 1459 testamentum condere permittitur (*Gams* 899).

[3]) Cfr. Scardonen.

[4]) Apud *Gams* ad a. 1489 adscribitur et inter eum ac Nicolaum antecessorem **Antonius** O. Praed. el. 1481 recensetur.

[5]) Quod officium retinet.

[6]) Non consecr. † 1499 Sept. 18; cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 560. Die 8 Apr. 1499 card. Capuanus proposuerat, ut illi ecclesiae in epum. praeficeretur Vitalis Nicolichi de Flumine, sed tunc conclusum est, ut supersederetur. AC Miscell. XLIV, 50.

Corduben.

[1]) Adiac. de Castro in eccl. Corduben., subdiac.

[2]) Desideratur apud *Gams* p. 28.

Corfien.

[1]) Inter eum et Isidorum apud *Gams* p. 400 recensetur „Petrus Justiniani O. Praed. el. 1458", qui quidem idem ac Petrus Frigerio habendus est. Cfr. infra s. v. Petenen. ad a. 1434.

[2]) Obl. t. 79 p. 9 legimus, eum solvisse partem serv. comm., pro residuo autem (non soluto) excommunicatum esse.

Corisopiten.

[1]) Non confundendus cum Alano de Coetivy ep. Avinionen. in S. R. E. card. promoto.

ob. ult. episcopi	**Theobaldus** de Rieux, protonot. apost.[2])	1472 Julii 16	Obl. 83, 25
ob. Theo. (18 Feb. 1479)	**Guido** du Boschet (Bouchet), jur. utr. doct.[3])	1479 Mart. 31	Obl. 83, 59
ob. Guid. (1484 Jan. 10)	**Alanus** (le Mault), ep. Leonen.	1484 Mart. 8	Sixt. IV Lat. a. 13 l. 1 f. 250
tr. Al. (1493 Nov. 2)	**Radulfus** (le Chauve de Moël)	1493 Nov. 13	AC Camer. I, 36
ob. Rad. (1501 Maii 31)[4])	**Claudius** de Rohan,[5]) nobilis, in minor. const.	1501 Junii 25	AC Camer. I, 95

Corkagen. seu **Corc(h)agen.** (Cork) et **Clo(y)nen.** (Cloyne) in Hibernia, suffr. Cassellen. (120 fl.)[1])

. . . .	**Joannes,** agebat suffr. epi. Trajecten.	1442—1449	. . . .
. . . .	**Geraldus** Geraldini, prov. 1463 Jan. 31, obl. se	1463 Apr. 2	Schede di Garampi
ob. Jordani[2])	**Guilelmus** (Roche), adiac. Clonen.[3]), minor.	1472 Oct. 26	Sixt. IV Lat. a. 2 l. 1 f. 253
res. Guil. Roche	**Thaddaeus** Mechar	1490 Apr. 21	AC Camer. I, 9
ob. Jordani	**Patricius** Cantum, abbas mon. de Castrodei[4])	1499 Feb. 15	AC Camer. I, 72
res. Gerardi de Ger.[5])	**Joannes** Edmundi de Geraldinis, cler. Clonen.[6])	1499 Junii 26	AC Camer. I, 75

Cornetan. (Corneto)[1]) et **Montisflascon.** (Montefiascone) in Italia media, immed. subj.

ob. Petri	**Petrus** (dell' Orto), ep. Nepesin.	1435 Dec. 12	Obl. 66, 23
tr. Petri ad Massan.[2])	**Bartholomaeus** (Vitelleschi) de Corneto, protonot.	1438 Mart. 17	Obl. 66, 40

Corisopiten.

[2]) Cui remanet in comm. ecclesia paroch., quam antea obtinebat, reserv. autem cardinali s. Petri ad vinc. annua pensio 500 scut.

[3]) Thesaurarius eccl. b. Mariae Magd. de Vitreyo dioec. Redonen., nobilis.

[4]) Et cess. regressus, quem ad illam eccl. Jo. Calvet clericus Corisop. habebat, reserv. ei annua pens. 600 libr. Turon., non obst. alia pens. 300 duc. cardinali s. Angeli reservata.

[5]) Decanus decan. rur. de Porhoet dioec. Veneten., 22 a. agens.

Corkagen.

[1]) „Episcopus Cork. et Clonen. utitur in eccl. Clonen. baculo pastorali, effigie s. Colmani insignito, quem ab hac eccl. mutuo accipit et restituit juxta temporis exigentiam.“ AC Misc. XLIV, 66.

[2]) A. 1429 promoti, qui adhuc mense Dec. 1434 sedisse dicitur.

[3]) „Bullae (de ejus provisione) sunt in Camera (apost.) et nunquam fuerunt redemptae.“ *Schede di Garampi.*

[4]) O. Cist. dioec. Clonen., quod retinet. Ad diem 4 Mart. 1499 in AC Misc. XLIV 38 haec annotantur: „Clerici s. collegii petierunt, ut cedula eccl. Cork. et Clonen. unit. daretur et bulla expediretur, cum ad relat. cardinalis s. Praxedis de eis provisum sit et per plures testes constet de morte ipsarum episcopi.“

[5]) In consistorio 10 Maii 1499 habito card. Senensis legit litteras Henrici regis Angliae e palatio Grenwici die 4 Apr. 1499 ad S. P. datas, quibus ipsi memoravit per litteras commendasse quendam Joannem Edmundi de Geraldinis ad Cork. et Clonen. ecclesias in dominio suo Hiberniae invicem unitas, in cujus favorem a moderno earum episcopo resignatio fienda esset; cum autem jam suo et illius Joannis desiderio satisfactum esse putaret, praeter spem et expectationem suam intellexisse, quemadmodum S. S., ne talis resignatio admitteretur, prohibuisset, eo quod scilicet nonnulli Hibernici subditi sui assererent nullum episcopum illarum eccl. superstitem esse et comes Desimoniae eidem S. S. ad easdem ecclesias quendam abbatem de Armoy commendasset. Qua ex re se vehementer mirari, majorem subditis suis et infimis hominibus quam litterarum suarum testimonio fidem adhiberi plurisque valere apud S. S. unius privati ac subditi sui quam suam ipsius commendationem, cum praesertim eadem ipsa diu jam antea cognitis suis legitimis causis et rationibus promotiones ipsas Hibernicas et earum nominationes sibi concesserit ac saepius repetitis brevibus libere permiserit. Demum eandem ipsam instantssime rogabat, quod sibi semel concesserat ac totiens suis brevibus confirmaverat, id nunc inviolabiliter praestare vellet. AC Misc. XLIV, 52. — In consistorio die 19 Jun. 1499 habito tam bulla provisionis de illo Gerardo per Pium II die 31 Jan. 1462 (1463) factae et ad Eduardum regem Angliae directae unacum litteris et ipsius regis Angliae superiori mense in s. consistorio lectis et comitis Desimonise ad regem ipsum 25 Apr. 1499 datis idem testificantibus ostensa est quam lectae sunt (per card. Senensem) litterae Edmundi epi. Rossen. in prov. Hiberniae collectoris et nuntii apost. datae Ross 25 Apr. 1499 necnon decani et capituli illarum eccl. unit. datae in civ. Clonen. 27 Apr. 1499 fidem facientes, praedictum Gerardum in episcopum ipsarum eccl. per Pium II promotum et consecratum esse ac jam 30 annos et ultra in pacifica possessione summa cum benevolentia et obedientia totius cleri et capituli earundem fuisse esseque adhuc et vivere affirmantes. Cardinalis autem s. Praxedis respondit, se fecisse in alio consistorio relationem de promovendo Patricio Cantum in epum. illarum eccl. vac. per ob. Jordani Porcellis, non Geraldi de Geraldinis, ac se meminisse, tempore Innoc. VIII ipsum card. Senensem fecisse relationem de promovendo quodam Thaddaeo in epum. illarum eccl. vac. per resign. Guilelmi epi., subjungens, quonam modo fieri posset, ut ille Geraldus 30 annos in possessione fuerit, cum interim tot episcopi (Corkag. et Clonen.) extiterint. Quare cum res satis intricata videretur, ad aliud consistorium dilata est. L. c. f. 66.

[6]) In minor. const., 27 a. agens.

Cornetan.

[1]) A. 1435 de novo erecta in cathedr., cui unitur eccl. Montisflascon. defuncto Petro epo.

[2]) Et res. Valentini mense Jan. 1437 ab eccl. Hortan. ad illas eccl. translati. Qui Valentinus resignavit cedula manu propria scripta et Eugenio IV praesentata et oblata, cujus tenor talis fuit: „In nomine Domini. Amen. Anno Dni. MCCCCXXXVII mensis Septembris die 20 ego Valentinus episcopus Cornetan. et Montisflascon. ex nonnullis bonis et honestissimis causis ecclesias Cornetan. et Montisflascon., ad quas S. D. noster papa de mense Januarii proxime praeteriti me gratiosissime motu proprio transtulit, sponte et libere pono in manibus ejusdem Sanctitatis, renuntians omni juri mihi competenti seu quod competere posset in dictis ecclesiis,

amot. Barth.[3])	**Franciscus** (Materio), ep. Brixien.	1442 Mart. 23	Obl. 66, 58
ob. Francisci (1449)	**Bartholomaeus** supradictus de novo[4])	1449 Julii 21	Obl. 72, 37 .
ob. Barth. (1463 Dec.13)	**Angelus** Vitelleschi	1464	Gams 706
. . . .	**Gisbertus** Tolomei	1467	
ob. (Gisberti 1478)	**Dominicus** (de Ruvere) S. R. E. card.[5])	1478 Aug. 24	Obl. 83, 56
ob. Dom. card.	**Alexander** Farnese S. R. E. card., *in admin.*	1501 Apr. 28	Al. VI Lat. a. 9 l. pr. f. 203

Coronen. (Coron) in Graecia, suffr. Patracen. (650 fl.)

ob. Jacobi[1])	**Matthaeus** de Sirinno O. Min.	1435 Sept. 22	Schede di Garampi
. . . .	**Christophorus** Garatoni, can. Paduan.[2])	1437 Feb. 27	Obl. 66, 33
ob. Christophori	**Bartholomaeus** (O. Praed.), ep. Cortonen.	1449 Junii 27	Obl. 72, 37
res. Barthol.	**Joannes** de Justis, obl. se	1457 Julii 1	Schede di Garampi
ob. Joannis	**Joannes** (Duchi), protonot. apost.[3]), famil. S. P.	1479 Junii 7	Obl. 83, 61
ob. (Joannis)	**Hieronymus** de Franciscis O. Serv.	1496 Feb. 18	Schede di Garampi

Cortonen. (Cortona) in Italia media, immed. subj. ($433^1/_3$ fl.)

priv. Matthaei[1])	**Bartholomaeus** (Lopacci Rimbertini O. Praed.)[2])	1439 Sept. 23	Obl. 66, 48 et 49
tr. Barth. ad Coronen.	**Matthaeus** (supradictus), olim ep. Cortonen.	1449 Junii 27	Obl. 72, 37
res. Matthaei[3])	**Marianus** Salvini O. Serv., mag. theol.	1455 Jan. 31	Obl. 72, 64
ob. Mariani[4])	**Christophorus** e marchion. de Pratella (Bordini)[5])	1477 Feb. 12	Obl. 83, 47
ob. Christophori[6])	**Raynerius** de Guicciardinis[7]), adiac. Florentin.	1502 Nov. 27	AC Camer. I, 112

Cotronen. (Cotrone) in Italia infer., suffr. Regin. (50 fl.)

ob. Jordani (1439)	**Galeotus** de Quatromani, can. Cusentin.[1])	1440 Jan. 27	Obl. 66, 48
ob. Galeoti (1444)	**Cruchetus** (O. Min), ep. Insulan.	1444 Jan. 27	Obl. 72, 2
ob. Crucheti (1457)	**Guilelmus** de Franciscis de Neapoli, decr. doctor	1457 Oct. 5	Obl. 72, 80
ob. Guil. (1462 Oct. 2)	**Joannes** Antonius Campani, clericus Theanen.[2])	1462 Oct. 20	Schede di Garampi
tr. Joa. ad Aprutin.	**Martinus** (ep. Marturan.)[3]), solvit serv. comm.	1464 Feb. 3	Obl. 79, 62
ob. Martini (1465)	**Antonius** Caffari, solvit serv. comm.	1465 Dec. 15	Obl. 79, 94
ob. Antonii	**Bernardus** de Rogeriis, diac., decr. doctor	1473 Jan. 8	Sixt. IV Lat. a. 2 l. 1 f. 251

Cornetan.

ita ut ex me S. D. n. papa de eis libere disponat, prout suae Sanctitati videbitur et placebit, cujus pedibus me humiliter recomitto. In quorum fidem cedulam propria scripsi manu."

[3]) Cfr. supra lib. I p. I (pag. 10) nr. IIa, 24.

[4]) Cfr. Carpentoraten. not. 1.

[5]) Cfr. Tarentasien., quam eccl. ille card. jam a. 1479 obtinuit. Inter eum et Alex. Farnese apud *Gams* p. 706 recensentur: „**Seraphinus** Panolfazzi el. 1491 † 1496" et „**Joannes** Tolomei 1496 † 1499."

Coronen.

[1]) A Greg. XII die 16 Jun. 1408 promoti, cui insuper eccl. Chironen. concessa erat in comm.

[2]) A. 1448 mittitur nuntius apost. in Hungariam et fit admin. eccl. Hierosolym.

[3]) Praepos. eccl. ss. Naz. et Celsi Brixien., utr. jur. doct., nobilis; v. supra pag. 48 nr. 507.

Cortonen.

[1]) De Florentia O. Serv.

[2]) Ep. Argolicen.

[3]) Reserv. ei annua pens. 50 fl.

[4]) Inter eum et Christ. apud *Gams* p. 743 recensetur **Joannes** de Duchi, qui 18 Nov. 1477 sedisse dicitur; Christophorus autem ad a. 1484 adscriptus est. Sed ille Joannes erat epus. Coronen., non Cortonen.

[5]) Leg. doctor, presb. Civ. Castelli.

[6]) Secret. et Assist. S. P., Romae 12 Nov. 1502 defuncti et in eccl. b. Mariae de Populo sepulti. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* III, 223.

[7]) Decr. doctor, protonot. apost. Cui mon. s. Thomae Veronen. in comm. retinere permittitur. Obiit 8 Febr. 1521.

Cotronen.

[1]) Qui 27 Mart. 1439 in epum. Gerontin. promotus erat translato Joanne ep. Gerontin. ad Cotronen., qui quidem huic tr. non consensit (Obl. 66, 50).

[2]) In minor. const.

[3]) Translatus 18 Dec. 1463.

ob. Bernardi (1480)	**Joannes** (Ebu) de Viterbio, el. Sarnen.[4])	1481 Feb. 16	Obl. 83, 71
ob. Jo. (1496 Nov. 25)[5])	**Andreas** de Valle, subdiac., scriptor apost.[6])	1496 Dec. 2	AC Camer. I, 51

Cracovien. (**Kraków, Krakau**) in Polonia Austr., suffr. Gnesnen. (3000 fl.)

ob. Sbignei[1])	**Thomas** de Stampino, can. Cracovien.[2])	1455 Sept. 25	Obl. 72, 66
. . . .	**Jacobus** (Szieninski), solv. serv. comm.	1461 Maii 1	Obl. 79, 19
(tr. Joa. ad Wladislav.)	**Joannes** (Gruszinski, ep. Wladislav.), solv. serv.	1463 Dec. 14	Obl. 79, 60
tr. Joa. ad Gneznen.	**Joannes** (de Lutek), ep. Wladislavien.	1464 Oct. 19	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 194
ob. (Jo. 1471 Maii 21)	**Joannes** de Restau (Rzeszowszky)	1471 Nov. 13	Obl. 83, 22
ob. (Jo. 1488 Feb. 28.)	**Fredericus** e regia stirpe Poloniae, cler. Cracov.[3])	1488 Maii 2	Inn. VII Lat. l. pr. f. 185
ob. Fred. (1503Mart.14)	**Joannes** de Konarski († 1525)	1503 Julii 21	AC Camer. I, 117

Craynen. in Albania, metrop.

priv. Theodosii	**Sabas**, ep. Thermopylen.[1]), in comm.	1452 Maii 5	Schede di Garampi
ob. Sabae	**Paulus** (Dussus), ep. Drivasten.[2])	1454 Mart. 11	Obl. 72, 61
vac. per 20 ann.	**Andreas** (Zamometic O. Praed.)[3]), in decr. baccal.	1476 Jan. 10	Obl. 83, 40
. . . .	**Jacobus** (de Sulixio), obl. se 1483 Jan. 14, prov.	1482 Sept. 4	Schede di Garampi
. . . .	**Franciscus** Quirini, ep. Sibenicen.[4])	1495	Schede di Garampi

Cremonen. (**Cremona**) in Italia super., suffr. Mediolan. (600 fl.)

ob. Vent. (1457 Nov. 19)	**Bernardus** de Rubeis, protonot. apost., subdiac.[1])	1458 Apr. 27	Cal. III a. 3 Lat. l. pr. f. 181
tr. Bern. ad Novar.	**Joannes** Stephanus de Boticellis, proton. apost.	1466 Oct. 8	Obl. 83, 4
ob. Jo. Steph. (1472)	**Jacobus** Antonii (della Torre), ep. Parmen.	1476 Jan. 15	Obl. 83, 40
ob. Ja. Ant. (1476)	**Ascanius** (Sforza) S. R. E. diac. card., *in admin.*	1486 Aug. 4	Obl. 83, 103

Creten. (**Creta**) in ins. cognom., metrop. (500 fl.)

ob. Fantini[1])	**Fantinus** Dandulo, protonot. apost.	1444 Sept. 4	Obl. 72, 6
(tr. Fant. ad Paduan.)	**Philippus** (Paruta), ep. Torcellan.	1448 Feb. 20	Obl. 72, 31
ob. Philippi	**Hieronymus** Landus, protonot. apost.[2])	1458 Mart. 29	Cal. III a. 3 Lat. l. pr. f. 177
res. Hieronymi	**Andreas** Landus († 1505)	1493 Julii 4	Schede di Garampi

---

Cotronen.

[4]) Cui conced. in comm. mon. s. Trinit. de Mileto O. S. B. vac. per res. cardinalis de Aragonia.

[5]) Apud sedem apost. — In consistorio apud palatium apost. 20 Mart. 1499 habito allata est cedula clericorum s. collegii pro divisione (servit. commun. et minut.) facienda ac de residuis pecuniarum exigendis tam a Frederico rege (Siciliae) quam ab heredibus epi. Croton., verbumque factum de voluminibus librorum, quae pro cautione s. collegii rex ipse Romam miserat; deinde lecta est cedula supplicatoria illorum heredum, in qua narrabant detrimenta, quae epus. Cotronen. nuper defunctus passus fuerat, et se commendabant collegio cardinalium. Qui statuerunt, ne libri regii distraherentur, sed exspectaretur ultimum regis responsum, qui se redempturum libros ipsos scripserat, et ratio haberetur heredum praedictorum ipsique commendati essent. AC Miscell. XLIV, 16; v. supra pag. 48 nr. 507.

[6]) Can. bas. princ. apost. de Urbe. Cui conced. in comm. mon. ss. Trinit. O. S. B. Mileten. vac. per ob. ejusdem Jo. epi. Die 23 Febr. 1508 transfertur ad Militen.

Cracovien.

[1]) Die 1 Apr. 1455 defuncti, qui 18 Dec. 1439 in S. R. E. card. promotus erat. Cfr. supra p. 9 n. IIa, 5.

[2]) Mag. theol., nobilis.

[3]) Frater Casimiri regis, a. 22 agens, usque ad a. 25 in admin., dein in epum. Qui 20 Sept. 1493 in S. R. E. card. promotus retinuit eccl. Cracov. Cfr. Gneznen.

Craynen.

[1]) Desideratur apud *Gams* p. 405.

[2]) Quam eccl. retinet in comm.

[3]) Qui Basileae a. 1482 conciliabulum congregare nisus est, ubi paulo post e vita decedit, jam amotus. De eo scripsit *Jos. Schlecht* a. 1903 librum, qui prostat apud *Ferd. Schöningh (Paderborn).*

[4]) Moratur in Curia Rom. 1498. Transfertur ad Duracen. a. 1499.

Cremonen.

[1]) 26 a. agens, usque ad a. 27 *in admin.*, dein *in epum.*

Creten.

[1]) Qui a. 1437 missus est nuntius apost. ad regnum Franciae.

[2]) Et vicecamerarius S. P. Mittitur a. 1469 nuntius apost. ad regna Poloniae et Bohemiae. Obtinet postmodum titulum patr. Constantinop. et obit post 16 Oct. 1493.

Crisopolitan. *v.* Chrysopolitan.

Cro(y)acen., suffr. Spalaten.

ob.	**Nicolaus** de Monte (trf. ad Chiron. a. 1483)	1476 Mart. 29	Obl. 83, 21

Crojen. (Croja) in Epiro, suffr. Duracen.

ob. Silvestri	**Paulus**,[1]) obl. se person. (33⅓ fl.)	1458 Mart. 8	Obl. 76, 148
ob. (Pauli)	**Petrus** de Varnis (Brutis ?)[2])	1468 Aug. 26	Obl. 83, 11
(tr. Petri ad Catharen.)	**Elias** (Sguri de Ponagia O. Praed.), ep. Stephanen.	1471 Oct. 2	Obl. 83, 21
ob. Eliae	**Martinus** de Portu O. Min., nobilis	1498 Feb. 18	AC Camer. I, 62

Cron(i)en. in Graecia, suffr. Neopacten. (?)

ob. ult. episcopi	**Matthaeus** O. Min., lector conv. Quinqueeccl.[1])	1433 Sept. 4	Obl. 66, 5

Crotonen. *v.* Cotronen. — Csanadien. *v.* Çenadien.

Culmen. (Culm) in Pruscia occid., suffr. Rigen. (700 fl.)

ob. Jo. (1457 Mart. 7)	**Bartholomaeus** Rogseri, can. ips. eccl.[1])	1460 Mart. 19	Pii II a. 2 Lat. l. pr. f. 9
res. Barthol. el.	**Vincentius** (Goslawski)	1467 Apr. 1	Obl. 83, 6
ob. Vinc. (1479 Nov. 8)	**Stephanus** de Neydemborg, can. Weennen.	1481 Jan. 19	Sixt. IV a. 10 Lat. l. 1 f. 70
ob. St. (p. 20 Maii 1495)	**Nicolaus** Crapitz (res. 1508), el.	c. 1495	Gams 346

Cuman. (Como) in Italia super., suffr. Aquilegen. (800 fl.)

ob. Francisci de Bossis	**Joannes** de Barbariis (Barbavara)[1])	1435 Junii 13	Obl. 66, 22
tr. Joa. ad Terdonen.	**Gerardus** (Landriano), ep. Lauden.[2])	1437 Mart. 6	Obl. 66, 32
ob. Ger. (1445 Oct. 9)	**Bernardus** (Landriano), ep. Asten.	1446 Mart. 18	Obl. 72, 12
ob. Bernardi (1451)	**Antonius** de Posterla, protonot. apost.	1451 Julii 16	Obl. 72, 47
ob. Ant. (1457 Nov. 3)	**Martinus** de Posterla, can. Mediolan.[3])	1457 Dec. 19	Obl. 72, 80
ob. Mart. (1460)	**Lazarus** (Scarampi), prov. 8 Aug. 1460, obl. sę	1460 Aug. 20	Obl. 76, 189
ob. Lazari (1466)	**Branda** de Castillione, adiac. Constantien. (Cout.)	1466 Oct. 8	Obl. 83, 4
ob. B. a.s.a.(1487 Jul.16)	**Antonius** de Trivurtio (Trivulzio), decr. doct.[4])	1487 Aug. 27	Inn. VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 265

Crojen.

[1]) Abbas mon. B. M. V. de Trefundena Arbanen., prov. 9 Febr. 1458.

[2]) Plebanus eccl. s. Agathae de Venetiis.

Cronien.

[1]) Die 22 Sept. 1434, tunc poenit. apost., de novo promovetur, quia litteras apost. de priore promot. infra tempus debitum non expedivit (Obl. 66, 14). Illius ecclesiae nomen etiam legi potest „Crov(i)en.“ — Forsitan „Crojen.“ legi debet.

Culmen.

[1]) „Qui olim habitum O. Teut., cujus professor extitit, dimisit, postmodum vero illo habitu reassumpto ad obedientiam suorum superiorum rediit.“

Cuman.

[1]) Clericus Novarien., utr. juris doctor.

[2]) Qui 18 Dec. 1439 promotus in S. R. E. card. retinet eccl. Cuman.

[3]) Juris utr. doctor, clericus.

[4]) Praeceptor domus s. Ant. O. S. A. de Mediolano, nobilis, qui 28 Sept. 1500 in S. R. E. card. promotus retinebat eccl. Cuman. Obiit 1508 Mart. 18.

Cunavien. al. Co(g)navien. (Konavlje) in Dalmatia, suffr. Duracen.

ob. Progani	**Peregrinus** (Priginus) Blasii[1])	1432 Junii 13	Arm. XII, 121, p. 272
. . . .	**Guismiata**	. . . . . .	. . . .
ob. Guismiata	**Radinus**[2])	1469 Julii 28	Obl. 83, 14
. . . .	**Joannes** Hermanni	. . . . . .	. . . .
ob. Joa. Hermanni	**Petrus** Masius	1492 Maii 9	AC Camer. I, 23[3])
ob. Petri	**Sebastianus**	1494 Julii 11	AC Camer. I, 39

Cupersan. *v.* Conversan.

Curien. (Chur) in Helvetia, suffr. Maguntin. (500 fl.)

ob. Joa. Nasonis[1])	**Henricus** (de Höwen), ep. Constantien.[2])	1441 Mart. 8	Obl. 66, 55
ob. Joa. Nasonis[3])	**Antonius** de Tosabetis, decr. doct.[4])	1456 Maii 10	Obl. 72, 70
ob. Ant. de Thosob.	**Leonardus** Wiesmair (el. 1453 Mart. 5)[5]), prov.	1456 Nov. 12	Obl. 72, 73
ob. Le. (1458 Jun. 12)	**Ortlieb** de Brandis, dec. ips. eccl., 28 a. agens	1458 Julii 31	Cal. II a. 3 Lat. l. pr. f. 151
ob. Ort. (1491 Jul. 25)	(**Henricus**), el. 1491 Aug. 8, prov.	1491 Sept. 9	AC Camer. I, 17

Curonien. (Curland) O. Teut., suffr. Rigen. (100 fl.)

ob. Joannis[1])	**Paulus** Eymwald de Walteris, decr. doctor[2])	1457 Junii 20	Obl. 72, 78
res. Pauli a. s. a.	**Martinus** Leonis, presb.	1473 Julii 9	Obl. 83, 28
ob. Mar. (1500 Jan. 31)	**Michael** Sculteti	1500 Maii 4	AC Camer. I, 85
ob. Michaelis[3])	**Henricus** Basedow, presb. Lubicen., mag. in art.	1501 Feb. 12	AC Camer. I, 92

Cusentin. (Cosenza) in Italia infer., metrop. (600 fl.)

ob. Berardi (1452)	**Pyrrhus** (**Petrus**) Carraciolo, obl. se	1452 Nov. 20	Schede di Garampi
ob. P. (post 1 Aug. 1481)	**Joannes** (de Aragonia) S. R. E. card., *in admin.*	1481 Nov. 14	Sixt. IV Lat. a. 11 l. pr. f. 162

Cunavien.

[1]) Rector paroch. eccl. s. Nicolai de Bocanesio dioec... De cujus promotione hae supplices exstant litterae (Obl. 66, 7): „Beatissime Pater. Cum devotus orator vester Priginus electus Cognavien. literas super provisione de persona sua facta per Sanctitatem Vestram Cognoviensi ecclesiae, quae in partibus Albaniae et sub dominio Turcorum existit atque in libris cancellariae taxata non reperitur, propter eius paupertatem gratis pro Deo nequiret facere expediri et, dum ad partes Albaniae pro recuperandis pecuniis accederet, antequam illas recuperare et ad Curiam redire posset, tempus expeditionis dictarum literarum elapsum existat, pro parte dicti electi, qui pauper est nec pro faciendo fieri provisionem de novo expensas facere posset, humiliter supplicat, quatinus dictas literas, quae in cancellaria taxatae et examinatae et signo correctoris, prout est moris, signatae sunt, absque provisione de novo facienda expediri mandare dignemini amore Dei et de gratia speciali." Quibus supplicibus annuens „die Mercurii XII kal. Novembris (a. III i. e. 21 Oct. 1433), non obstante lapsu termini de bullis expediendis, dominus noster (papa) iterum pronuntiavit dictum Pegrinum alias electum ad dictam ecclesiam Cognaviensem; et haec fecit me legente supplicationem praedictam in consistorio coram Sua Sanctitate et dominis cardinalibus. I. cardinalis de Ursinis manupropria." — Ille Proganus, cui successit Peregrinus supradictus, successor Martini a. 1410 promoti fuisse videtur.

[2]) Cui reservatur in comm. mon. s. Veneris et apresb. regionis Musachorum. Nomen episcopatus, ad quem iste Radinus promovetur, l. c. potius „Comnonien" legitur.

[3]) L. c. ecclesia „Conovien." titularis nominatur.

Curien.

[1]) Qui obiit 24 Jan. 1440.

[2]) Simul *in admin.* ad supplicationem capituli et **Conradi** (de Rechberg) electi Curien. — A Felice V antipapa admin. eccl. Curien. m. Martio 1442 **Alexandro** epo. Trident. committ.; cfr. Joannis de Segovia Hist. concil. Basil. ed. *Birk-Beer* III, 980.

[3]) Et cass. elect. de **Leonardo** Salzmann (al. Wiesmair) a cap. factae ac revoc. commendae Henrico ep. Constantien. concessae.

[4]) S. pal. apost. auditor.

[5]) Qui jam a pluribus annis ipsam eccl. Curien. occupavit, quare sententiam excomm. incurrit, a qua per confessorem ab ipso eligendum auct. apost. absolvatur, ita tamen, ut in manibus N(icolai de Cusa) tit. s. Petri ad vinc. presb. card. castra et bona eccl. Curien. resignet, quibus postmodum auct. apost. receptis per tres menses ab ingressu ecclesiae et administr. pontificalium penitus abstineat et denique infra annum a die promotionis visitaturus limina ss. Petri et Pauli apost. conspectui S. P. se debeat praesentare.

Curonien.

[1]) Qui a. 1428 factus est locumtenens et postm. rector ducatus Spoletan.

[2]) Ita tamen, ut, antequam munus consecr. recipit, Ordinem b. Mariae Theut. expresse profiteatur et habitum ejus suscipiat.

[3]) Qui Romae inter 4 et 5 Nov. 1500 defunctus in eccl. hospit. Teuton. de Urbe sepelitur. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* III, 85.

ob. Jo. de Arag.	**Nicolaus** Bucciardi Cibo	1485 Oct. 19	Schede di Garampi
tr. Nic. ad Arelat.	**Carolus** de marchion. Finarii (de Carretto)[1])	1489 Apr. 24	AC Camer. I, 3
tr. Car. ad Andegav.	**Baptista** Pinelli, castellanus arcis s. Angeli	1491 Oct. 10	AC Camer. I. 17
ob. Bapt. Pin. (1495)	**Bartholomaeus** (Flores), ep. Sutrin. et Nepesin.[2])	1495 Aug. 5	AC Camer. I, 43
priv. Barthol.[3])	**Ludovicus** de Agnellis, clericus Mantuan., mag.[4])	1497 Oct. 16	Al. VI a. 6 Lat. l. 22 f. 303
ob. Lodovici[5])	**Franciscus** Borgia, ep. Theanen.[6])	1499 Nov. 6	AC Camer. I, 79

Cyrenen. (Cyrene) in Lybia, tit.

ob. Joannis[1])	**Siffredus** Piscatoris O. Praed., mag. theol.	1446 Mart. 7	Obl. 72, 12
(ob.Siffr.†1473 Oct. 16)	**Dionysius** O. Praed. († 1475 Nov. 3), cons.	1474 Maii 15	. . . .
ob. Dionysii	**Mathias** Emich O. Carm. (1480 Maii 24)	1476 Aug. 16	Sixt. IV Lat. a. 5 l. 10 f. 29
. . . .	**Henricus** al. Arnoldus de Unkel O. Min.[2]), obiit	1482 Jan. 22	. . . .
ob. Henrici	**Joannes** Spenner O. Min., bacc. in theol.[3])	1482 Nov. 4	Sixt. IV Lat. a. 12 l. pr. f. 11
ob. ultimi epi.	**Joannes** de Beersel O. Min. (suffr. epi. Leodien.)	1485 Junii 27	Obl. 83, 97

Cyzicen. (Cyzicus), metrop. in provincia Hellesponti.[1])

Dagnen. seu **Daynen.** (Dagne, Danj) in Epiro, suffr. Antibaren.

ob. Nicolai	**Hugo** Turneti O. Min. (suffr. Cameracen.)	1433 Julii 26	Obl. 66, 2
. . . .	**Joannes**, astitit concilio Florentin.	1439	Gams 406
ob. Joannis	**Godefridus** Greveray O. Carm.[1])	1456 Mart. 15	Obl. 72, 69
. . . .	**Joannes** Boriti	1478 Julii 27	Obl. 83, 55[2])
. . . .	**Stephanus** (Ducagino)[3])	1444	Gams 406
ob. Stephani	**Mathias** Michaelis de Posegavar d. Quinqueeccl.	1481 Sept. 10	Sixt. IV Lat. a. 11 l. pr. f. 144
. . . .	**Nicolaus**, prov. 10 Jul. 1506, obl. se	1506 Julii 18	Schede di Garampi

Damascen. (Damascus) in Syria, metrop., tit.

. . . .	**Paulus** (mittitur ad partes Germaniae)	1453	Schede di Garampi
ob. (Pauli)	**Guido**	1468	
. . . .	**Ludovicus**, tr. ab eccl. Nicosien. ad Caputaqu.	1476 Mart. 20	

Daren. (Kildare) in Hibernia, suffr. Dublinen. (200 fl.)

ob. Joannis (1431)	**Guilelmus**, adiac. ips. eccl.[1])	1431 Aug. 8	AC Miscell. I, 222
ob. Guilelmi	**Galfredus** (Godefridus Hereford O. Praed.)[2])	1447 Aug. 23	Obl. 72, 28

Cusentin.

[1]) Protonot. apost., cui remanet in comm. mon. s. Petri de Villanova dioec. Veronen. sibi jam concessum.

[2]) Cui remanet in comm. mon. s. Christophori Castridurantii.

[3]) Qui in arce S. Angeli de Urbe carceribus mancipatus (propter abusus, quos, quum esset secretarius S. P., in conficiendis litteris apost. commisit) ibidem obiit 23 Jul. 1498. Cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 405—411 et 490.

[4]) Protonot. apost. et cam. apost. clericus.; v. supra pag. 48 Nr. 507.

[5]) Die 3 Nov. 1499; cfr. Burch. Diar. ed. *Thuasne* II, 573.

[6]) Quam eccl. simul retinet; † 4 Nov. 1511.

Cyrenen.

[1]) De Reifferscheid, suffr. aepi. Maguntin., sicut erant successores ejus Siffr., Dion., Mathias.

[2]) Suffr. epi. Colonien.

[3]) Qui suffrag. aepi. Colonien. agebat. Cfr. Inn. VIII Lat. a. 4 l. pr. (f. 255). Obiit 1503 Dec. 5.

Cyzicen.

[1]) Huic eccl. praefic. in epum. 1476 Mart. 11 **Joannes**, praepos. Hospit. s. Spir. Vratislavien. (Obl. 81 f. 307). Qui agit suffr. epi. Vratisl. † 1504 Oct. 3.

Dagnen.

[1]) Cui conceditur fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Cameracen., super cujus eccl. fructibus ei assignatur annua pensio 200 fl. Obiisse dicitur 17 Jan. 1504.

[2]) L. c. annotatum est, ecclesiam Dagnen. iterum disjunctam esse ab Alexien.

[3]) „Ep. Sardensis"; sed eccl. Sarden., Sappaten., Dagnen. ab Eug. IV ad invicem unitae sunt.

Daren.

[1]) Hic et qui sequuntur Richardus ac Jacobus suffr. epporum. Herefordan., Cicestren., Wintonien, Londonien. agebat.

[2]) Consecr. die Paschae (13. Apr.) 1449 (*Gams* 223); suffr. Hereforden.

ob. Godefridi (1464)	**Richardus** Lang	1464	Gams 223
(ob. Rich. 1474)[2])	**David,** adiac. ipsius eccl.	1474 Julii 28	Obl. 83, 33
ob. Davidis	**Jacobus** Wal O. Min.	1475 Apr. 5	. . . .
(res. Jac. † 28 Apr. 1494)	**Eduardus** (Audley)[4])	. . . . . .	. . . .
tr. Ed. ad Roffen.	**Eduardus** Lane († ex. anno 1522)	1480 Julii 7	Obl. 83, 68

Darien. in Mesopotamia, tit.

ob. Henrici	**Joannes** Anguli al. Winkelmann O. Min.[1])	1436 Nov. 28	Obl. 66, 30
. . . .	**Valentinus** (suffr. epi. Vratislavien.)	1458	Schede di Garampi
ob.	**Hu(m)bertus** Leonardi O. Carm.[2])	1474 Nov. 16	Obl. 83, 34
certo modo	**Hieronymus,** praepos. domus de Mirasole[3])	1479 Apr. 1	Sixt. IV Lat. a. 8 l. 1 f. 2
certo modo	**Hubertus** (O. Carm.), ep. Bethleem. (iterum)[4])	1492 Dec. 3	AC Camer. I, 29

Daynen. *v.* **Dagnen.**

Demetri(ad)en. (Dimitri) in Graecia, tit., suffr. prov. Larissen.

ob. Georgii	**Rodericus** Regnia O. Min.	1437 Feb. 4	Obl. 66, 32
. . . .	**Joannes** Fabri O. Er. s. A., mag. theol.	1441 Jan. 13	Obl. 66, 54
. . . .	**Joannes** de Poriaco O. . .	1447 Sept. 1	Obl. 72, 28

Deren. (Derry) in Hibernia, suffr. Armachan. (120 fl.)

abs. Eugenii[1])	**Joannes** (Ogubun), can. ips. eccl.	1433 Sept. 18	Obl. 66, 4
ob. Joannis (1456)	**Bartholomaeus** Oflannagan[2])	1457 Maii 27	Obl. 72, 78
ob. Barthol.	**Joannes**[3])	c. 1464	. . . .
ob. Joa. a. s. a.	**Nicolaus** Waston (Weston)	1466 Feb. 21	Obl. 83, 1
ob. Nic.	**Donaldus** Offaluyn (O'Fallon) O. Min. de Observ.[4])	1485 Maii 16	Obl. 83, 97

Dertonen. *v.* **Terdonen.**

Dertusen. (Tortosa) in Hispania, suffr. Terraconen. (1660 fl.)

ob. ult. episcopi[1])	**Alfonsus** de Aragonia, nepos regis Arag.[2])	1475 Julii 31	Obl. 83, 38

Daren.

[3]) Et „amot. Joannis intrusi".

[4]) Loco ejus apud *Gams* recensetur „**Guilelmus** Barret res. ante 1482".

Darien.

[1]) Baccal. form. in theol., cui conceditur fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Hildeshemen. de consensu ipsius epi. Hildeshem. etc. (ut not. ad Rosen.). — M. Oct. 1440 a Felice V antipapa promov. in epum. Darien. **Guilelmus** O. Min., confessor matris Renati ducis Burgundiae; cfr. Joannis de Segovia Hist. concilii Basil. ed. *Birk-Beer* III, 514.

[2]) Qui constituitur suffr. epi. Leodien., assignata ei annua pens. 300 fl. Rhen. Die 6 Jul. 1489 transfertur ad Bethleem.

[3]) Dioec. Mediolan. O. Hum.

[4]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Leodien.

Deren.

[1]) Ab eccl. Conneren. ad Deren. translati, qui non extraxit litteras super illa transl. apud sedem apost. confectas.

[2]) Monachus mon. b. Mariae de Samario O. Cist. dioec. Ratpoten; in jure utr. peritus. Obl. se person. ad solv. serv. comm. (120 fl.) 1458 Jun. 17. In ejus promotione annotatur, fructus annuos eccl. Deren. 100 marchas sterling. non excedere.

[3]) Desideratur apud *Gams* 215.

[4]) Obiit a. 1500. Ejus successor Jacobus Mac-Mahon consecr. a. 1507.

Dertusen.

[1]) Scil. Ottonis de Moncada († 1473 Febr. 20), qui 13 Jan. 1434 ad Terraconen. transfertur, translato Georgio ep. Vicen. ad Dertusen. (Obl. 66, 8). Sed illae transl. effectu caruerunt. Cfr. supra p. 9 nr. IIa, 7.

[2]) Ei, qui a. 1513 transfertur ad Terracon., conced. fac. retinendi mon. s. Petri de la Citara dioec. Messanen. et sacristiam eccl. Oscen.

Dignen. (Digne) in Gallia, suffr. Ebredunen. (400 fl.)

ob. Bertrandi[1])	**Petrus** (de Versailles), abbas mon. s. Martialis[2])	1432 Mart. 31	AC Miscell. I, 228
tr. Petri[3]) ad Melden.	**Guilelmus** (de Estoutevilla), el. Andegaven.[4])	1439 Sept. 25	Obl. 66, 48
cess. Guil. card.	**Petrus** Turelure O. Praed.	1445 Sept. 11	Obl. 72, 10
ob. Pe. (1466 Jul. 22)	**Conradus** de Cruce, protonot. apost.	1466 Sept. 26	Obl. 83, 4
ob. (Con. 1479 Aug.)	**Antonius** (Guiramand, res. 1513)	1479 Sept. 24	Obl. 83, 62

Dimitrien. *v.* **Demetrien.** — **Dinien.** *v.* **Dignen.**

Diocaesareen. (Diocaesarea) in Isauria, suffr. Seleucien., tit.

(ob. Ludovici)	**Theodoricus** O. Min.[1])	1448 Apr. 15	Obl. 72, 32
. . . .	**Petrus**	. . . . . .	. . . .
ob. Petri	**Guilelmus** mon. Altaepetrae, prior de Maresco[2])	1453 Nov. 7	Schede di Garampi

Dionysien. (Dionysias) „in sexta sede Arabiae“, suffr. Bostraen., tit.

. . . .	**Thomas**	. . . . . .	. . . .
ob. Thomae	**Joannes** Letellier O. Carm.[1])	1441 Maii 5	Obl. 66, 55
ob. Joannis	**Antonius**[2]) O. Praed., mag. theol.	1449 Aug. 11	Obl. 72, 38
ob. Joannis	**Toussanus** Castellani O. Carm.[3])	1455 Oct. 20	Obl. 72, 67
. . . .	**Arnoldus** de Roten (suffr. epi. Verden.)	1468 Nov. 5	Schede di Garampi
. . . .	**Joannes** de Ilton O. Praed.	1476 Maii 24	Schede di Garampi
. . . .	**Livinus** de Brunstorp O. Praed.[4])	1478	. . . .
. . . .	**Jacobus** Lindesay (suffr. aepi. s. Andreae)	1483 Julii 4	Schede di Garampi
ob. Tossani	**Abel** de s. Brioco O. Praed.[5])	1483 Oct. 22	Obl. 83, 87
. . . .	**Conradus** Antonii O. Praed. (suffr. epi. Verden.)	1494 Jan. 24	Schede di Garampi

Diospolen. seu **Diospolitan.** (Diospolis, Lydda) in Palaestina, suffr. Caesareen., tit.

. . . .	**Joannes** de Lavissa O. Min.[1])	1451 Aug. 20	Obl. 72, 47
. . . .	**Guilelmus** (de la Tour), olim ep. Ruthenen.	1457 Apr. 22	Obl. 72, 75
. . . .	**Robertus** (Clementis) O. Er. s. A., mag. theol.[2])	1469 Maii 15	Obl. 83, 13

Dignen.

[1]) Die 26 Febr. 1432 defuncti.

[2]) O. S. B. Lemovicen.

[3]) A. 1439 a concilio Basil. tunc schism. depositi; cfr. Joannis de Segovia Hist. conc. Basil. ed. *Birk-Beer* III, 475.

[4]) Die 18 Dec. 1439 in S. R. E. card. promotus retinet hanc eccl. Cfr. Biterren., Nemausen., Rothomagen.

Diocaesareen.

[1]) Cogn. „Chursus“ vel „Cursbo“, natione Croata. Cfr. Supplem. ad Script. O. Min. p. 669 n. 3545.

[2]) Dioec. Bisuntin. (suffr. epi. Aeduen.).

Dionysien.

[1]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Remen. et Aurelianen.

[2]) Alias Dominicus Pulchrifili, suffr. epi. Virdunen.

[3]) Cui reserv. annua pensio 200 libr. super Remen. et 100 libr. super Laudunen. eccl. fructibus (in quibus civ. et dioec. ei conced. fac. exerc. pontif.).

[4]) Suffr. epi. Halberstaden.

[5]) Cui assign. annua pensio 200 fl. super fruct. eccl. Remen., cujus suffr. est.

Diospolen.

[1]) Guardianus conv. Andegaven. Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Andegaven., super cujus eccl. fructibus ei assignatur annua pensio 200 duc.

[2]) Cui eadem fac. conced. pro civ. et dioec. Rothomagen. In libro Obl. l. c. nomen illius episcop. scriptum est „Ispolitan.“

Dolen. (Dol) in Gallia, suffr. Turonen. (4000 fl.)

ob. Joannis	**Alanus** de Spervier O. Min. (cfr. Uticen. not. 2)	1437 Dec. 11	Obl. 66, 38
tr. Al. ad Corisop.	**Radulfus** de Lammossayo (la Moussai)[1]	1444 Aug. 24	Obl. 72, 6
ob. Rad. (1456 Apr. 16)	**Alanus** de Coetivy S. R. E. card. et ep. Avin.[2]	1456 Junii 18	Schede di Garampi
res. Alani[3]	**Christophorus** de Penmarch	1474 Febr. 7	Schede di Garampi
tr. Chr. ad Briocen.	**Michael** (Guibé), ep. Leonen.	1478 Jan. 14	Obl. 83, 51
tr. Mich. ad Redonen.	**Thomas** (James), ep. Leonen. († 1504)	1482 Mart. 29	Obl. 83, 76

Dolien. (Doglia) in ins. Sardinia, suffr. Calaritan. (50 fl.)

ob. Ludovici[1]	**Nicolaus** de Pinu, decr. doctor	1435 Febr. 14	Obl. 66, 18
ob. Nicolai	**Joannes** Annade(s) O. Min.	1443 Sept. 6	Obl. 66, 63
res. Joannis[2]	**Antonius** Proavus,[3] can. ips. eccl.	1451 Maii 26	Obl. 72, 46
. . . .	**Petrus** Pilares[4]	1476 Mart. 29	Schede di Garampi
tr. Petri ad Calarit.	**Raymundus** de Loaria, presb. Caesaraug.[5]	1484 Julii 13	Obl. 83, 90
ob. Raim. (1495)	**Petrus** Ferritz O. Er. s. A,.[6]	1495 Julii 25	Schede di Garampi

Doren. (Dora) in Palaestina, suffr. Calaritan. (50 fl.)

. . . .	**Petrus** de Landris O. Min., mag. theol.[1]	1440 Jan. 13	Obl. 66, 50
ob.	**Antonius** O. . . .	1447 Julii 14	Obl. 72, 27

Dragonarien. (Dragonara) in Italia infer., suffr. Benevent. ($33^1/_3$ fl.)

. . . .	**Nicolaus** Tartagli O. Cist., ep. Lesinen., *in admin.*	1438 Aug. 1	Gams 923
. . . .	**Petrus**[1]	. . . .	. . . .
ob. Petri	**Benedictus,** el. Insulan.[2]	1451 Julii 23	Obl. 72, 47

Drivasten. (Drivasto, Drivost) in Epiro, suffr. Antibaren. (40 fl.)

ob. Michaelis	**Paulus** (Dussus), ep. Suacen.[1]	1445 Dec. 22	Obl. 72, 11
ob. Pauli	**Nicolaus** de Summa, can. Drivasten.[2]	1457 Sept. 23	Obl. 72, 79
. . . .	**Therslaus**[3]	. . . .	. . . .
ob. Therslai	**Franciscus** de Ecclesia, decr. doctor[4]	1489 Dec. 2	AC Camer. I, 7

Dolen.

[1]) Decanus Nanneten., protonot. apost., nobilis.

[2]) Simul *in admin.*

[3]) Qui jam 1460 Jan. 7 primum resignaverat, translato **Gabriele** epo. Uticen. ad eccl. Dolen., sed a. 1462 hac transl. revocata de novo obtinuit admin. ecclesiae Dolen. Interim administrator eccl. Xanctonen. et Uticen. erat. Cfr. Nemausen.

Dolien.

[1]) Quid idem atque ille Ludovicus de Turri O. Min. a Ben. XIII a. 1410 promotus esse videtur.

[2]) Cui reservantur annua pensio 50 fl. et praebendae in eccl. Calaritan. ac Dolien. ab ipso jam obtentae.

[3]) Sedit adhuc m. Jul. 1475.

[4]) Cui „magna causatur difficultas adipiscendi possessionem" ipsius eccl.

[5]) Litterae de hac promot. vivente Sixto IV non confectae expediuntur 12 Sept. 1484 (Inn. VIII Lat. a. 2 lib. 4 f. 215).

[6]) Quo mortuo eccl. Dolien. unitur cum Calaritan. 1502 Apr. 12 (Alex. VI Lat. a. 10 l. 4 f. 259).

Doren.

[1]) Cui conced. (in forma consueta) fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Cameracen.

Dragonarien.

[1]) Loco ejus apud *Gams* recensetur ad a. 1449 „**Bartholomaeus** res. 1452"; post Benedictum autem „(1482 Bartholomaeus O. Min.)". Secundum Bull. Domin. circa a. 1450 Bartholomaeus O. Praed. ecclesiae Dragon. praeerat.

[2]) Cui reservatur monasterium, de quo cfr. Insulan., sine tamen obligatione illius pensionis 25 fl., quae unacum alteris 25 fl. assignatur super fructibus eccl. Marturan.

Drivasten.

[1]) Qui 11 Mart. 1454 promovetur in aepum Craynen., ita tamen ut retineat eccl. Drivasten.

[2]) Et rector paroch. eccl. de Drivasto veteri, quae ei remanet in comm. unacum archipresbyteratu eccl. Drivasten.

[3]) Apud *Gams* nominatur Thomas.

[4]) Ab anno 1477 usque ad a. 1520 episcopi Driv. in suo episcopatu utpote a Turcis occupato residere non poterant. Ille Franciscus agebat suffrag. epi. Tridentin.

Dromoren. (Dromore) in Hibernia, suffr. Armachan. (50 fl.)

ob. Guilelmi[1])	**David** Chyrburg (Cherbourg) O. Carm., lect. th.	1431 Junii 22	AC Miscell. I, 220
. . . .	**Joannes** (omissus apud *Gams*)	. . . .	. . . .
ob. Joannis	**Thomas** (Scrope, Bradley) O. Carm.	1450 Jan. 12	Obl. 72, 39
. . . .	**Nicolaus** (a. 1419 promotus, qui c. 1424 resign.?)	. . . .	. . . .
ob. Nicolai	**Richardus** Mysin (Messin) O. Carm.[2])	1457 Julii 29	Obl. 72, 79
ob. Ricardus	**Guilelmus** Egremond O. Er. s. A., bacc. in theol.	1463 Junii 15	Pii II a. 5 Lat. l. pr. f. 75
. . . .	**Dionysius**	. . . .	. . . .
ob. Dionysii	**Robertus** Herlie O. Cist.	1476 Aug. 28	Obl. 83, 44
ob. ultimi epi.	**Yvo** Guillen Brito	1480 Apr. 14	Obl. 83, 66
ob. Yvonis	**Georgius** (Brann), can. mon. om. Sanct. Dublin.[3])	1483 Apr. 18	Obl. 83, 84

Duacen. (Kilmacduagh) in Hibernia, suffr. Tuamen. (40 fl.)

ob. Joannis[1])	**Dionysius**[2]), decanus ips. eccl., postul., prov.	1441 Maii 10	Obl. 66, 55
ob. Dionysii	**Cornelius** (consecr. Romae), prov.	1479 Jan. 8	Obl. 83, 58
absol. Cornelii	**Matthaeus** (Obrici), adiac. Laonien.	1503 Mart. 8	AC Camer. I, 114

Dublinen. (Dublin) in Hibernia, metrop. (2600 fl.)

ob. Richardi	**Michael** Tregury (Trigowre)[1]), mag.	1449 Oct. 31	Obl. 72, 36
(ob. Mich. 1471 Dec. 21)	**Joannes** Valentot (Walton)[2])	1472 Maii 4	Obl. 83, 24
res. Joannis	**Walterus** Fitzsimon, praecentor ips. eccl. († 1511)	1484 Junii 14	Sixt. IV Lat. a. 13 l. 1 f. 236

Dulcinen. (Dulcigno, Olcini, Olgun) in Dalmatia, suffr. Antibaren. ($33^1/_3$ fl.)

ob. Francisci	**Petrus,** ep. Suacen.	1435 Mart. 15	Obl. 66, 20
ob. Petri	**Paganinus,** clericus Pergamen.	1441 Junii 2	Obl. 66, 56
(ob. Pag. c. a. 1481)	**Martinus** (de Segonis)	1482 Mart. 20	Schede di Garampi
ob. Martini	**Marinus** Gamba, can. ipsius eccl. († 1509?)	1485 Oct. 21	Inn. VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 78

Dulmen. seu **Dumnen.** (Duvno) in Hercegowina, suffr. Spalaten.[1])

tr. Georgii ad Pharen.	**Hieronymus** de Tragurio O. Min.	1439 Apr. 22	Obl. 66, 45
. . . .	**Nicolaus** O. Min., prov.	1460 Jan. 2	Gams 407
. . . .	**Vitus** de Ruschis	1490	Gams 407

Dromoren.

[1]) Alias ignoti; die 31 Jan. 1429 a Mart. V in epum. Drom. promotus erat Thomas Radcliffe O. Er. s. A., qui postremus episcopus Drom. in serie vol. I hujus Hierarchiae recensitus est. Hic Thomas et qui sequuntur David, Richardus, Guilelmus, Georgius agebant suffr. aepi. Eboracen. et epi. Dunelmen.

[2]) Reservata ei perpetua vicaria in Cowich jam prius ab ipso obtenta.

[3]) Qui suffr. Londonien. et Wigornien. agebat et a. 1499 transfertur ad Elphinen. Apud *Gams* p. 217 succedit c. 1501 „Guilelmus Egremont (al. 1465 —1488)"; cfr. supra ad a. 1463! Dionysius, Robertus, Yvo apud eum desiderantur; Thomas Radcliffe (de quo supra not. 1) inter Richardum Messin et Georgium Brann recensetur!

Duacen.

[1]) Cui (a. 1419 promoto) a. 1422 Nicolaum successisse *Malone* (minus recte) scribit.

[2]) Def. nat. patiens. Desideratur apud *Gams* p. 225, qui inter Joannem et Cornelium haec annotat: „Nomina successorum latent, quos forsan non habuit."

Dublinen.

[1]) Qui a. 1452 (ad tempus) suspensus est, eo quod absque litteris apostolicis munus consecrationis receperat. A. 1470 absolvitur ab onere visitandi limina apostolorum.

[2]) Abbas mon. de Orgneo O. S. A.

Dulmen.

[1]) A. 1465 Dumnum a Turcis captum est. — Ille Madius, qui vol. I hujus Hierarchiae ad a. 1337 adscriptus est, jam 1327 sedebat eique nomen „Joannes" erat. Qui ecclesiae suae propter malitiam populi amplius praeesse non valens oneri eiusdem in manibus Petri epi. Praenestin. consentiente S. P. 28 Oct. 1344 cedit et 13 Nov. 1344 ab eodem S. P. impetrat, ut episcopali ordine et pontificalibus amplius uti possit (Reg. Vat. t. 166 f. 177 ep. 236).

Dumblanen. (Dumblane) in Scotia, immed. subj., dein suffr. s. Andreae (800 fl.)

ob. Michaelis	**Robertus** (Lauder)	1447 Oct. 27	Obl. 72, 30
res. Roberti[1])	**Joannes** Herspolz (Hepburn)	1466 Sept. 12	Obl. 83, 3
ob. Joannis (1479)	**Jacobus** Chesom (Chisholm, res. 1527)	1487 Jan. 31	Obl. 83, 107

Dunelmen. (Durham) in Anglia, suffr. Eboracen. (9000 fl.)

ob. Thomae	**Robertus** (Nevill, Nivil), ep. Saresberien.	1438 Febr. 12	Obl. 66, 39
ob. Rob. (1457 Jul. 8)	**Laurentius** Bothe (Booth), decanus Londonien.[1])	1457 Aug. 22	Obl. 72, 79
ob. Laur. ad Eboracen.	**Guilelmus** (Dudley), consil. regis Angliae	1476 Julii 31	Obl. 83, 43
res. Francisci el.	**Gabriel** (Maccafani), 27 a. agens († 1511)	1471 Oct. 11	Obl. 83, 22
. . . .	**Jacobus** de Machafanis, nepos ipsius Gabr.[2])	1498 Junii 18	AC Camer. I, 65

Marsicen. (Marsico nuovo) in Italia infer., suffr. Salernitan. (100 fl.)

ob. Nardelli	**Carletus**, adiac. Surrentin.	1440 Apr. 27	Obl. 66, 52
ob. Carletti	**Leonardus** de Gaieta	1453 Jan. 10	Obl. 72, 53
. . . .[1])	**Samson** (de Coyano), obl. se person. (100 fl.)	1460 Dec. 22	Obl. 76, 194
ob. (Sams. 1478)[2])	**Joannes** Antonii (Pitito) de Saponaria O. Min.	1478 Julii 27	Obl. 83, 55
ob. Jo. Ant. (1483)	**Nicolaus** Angeli, clericus dioec. Salern.	1483 Oct. 17	Obl. 83, 86
ob. Nicolai	**Antonius** de Medicis O. Min., mag. theol.	1484 Julii 12	Sixt. IV Lat. a. 13 l. 1 f. 174
ob. Antonii	**Fabricius** (Guarna) Capellanus, presb. Salernitan.	1485 Aug. 12	Obl. 83, 97
ob. (Fabr. 1494)	**Octavianus** Caraciolus († 1535)	1494 Mart. 19	AC Camer. I, 38

Marturan. (Martorano) in Italia infer., suffr. Cusentin. ($33^1/_3$ fl.)

ob. (Antonii)[1])	**Godfridus** de Cola, decanus, eccl. Tropien.	1442 Maii 4	Obl. 66, 58
tr. Godfr. ad s. Marci	**Antonius** (Colae de Genovisio), ep. s. Marci	1446 Febr. 11	Obl. 72, 13
absol. Antonii[2])	**Martinus**, ep. Insulan.	1451 Maii 28	Obl. 72, 45

Maronen.

[1]) Apresb. eccl. de Huete dioec. Conchen., cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Conchen. Nomen ecclesiae, cui Alvarus praeficitur, l. c. „Mattronen." scriptum est; forsan legendum est „Marrochitan." Vide ibi s. v. „Alvarus".

Marrochitan.

[1]) A. 1482 fit suffr. epi. Aurien.

[2]) Qui constit. suffrag. epi. Oxomen. Cfr. Inn. VIII Lat. a. 4 lib. prov. f. 346.

[3]) Sec. Lat. 1214 f. 23: 1508 Jan. 28 (cfr. t. III pag. 253).

[4]) Qui constit. suffr. epi. Urgellen., reservata ei annua pens. 250 fl. super fruct. eccl. Urgellen. Hic et qui sequitur Franciscus l. c. episcopi „Fecen." (*Fez*) nominantur.

[5]) Ulixbon.

Marsican.

[1]) A. 1466 fit Tuderti et 1467 Caesenae gubernator, 1468 thesaur. marchiae Ancon.

[2]) In coadj. c. j. s., in quem 1505 Jun. 18 de novo deputatur.

Marsicen.

[1]) Inter Leon. et Sams. apud *Gams* p. 894 recensentur Petrus de Diano 1456 † 1458 et Andreas 1458 † 1460.

[2]) Apud *Gams* ad a. 1464 adscriptus est Angelus, sed hic idem atque Angelus ep. Marsican. esse videtur.

Marturan.

[1]) Et renunt. Caroli de Neapoli O. Er. s. A., mag. theol., 12 Dec. 1440 in epum. Mart. promoti (Obl. 66, 54), qui postm. ecclesiae Polycastren. praeficitur in epum.

[2]) Reservata ei annua pens. 25 fl. Cfr. Insulan. not. 3 et 4.

(tr. Mart. ad Cotron.)	**Angelus,** solv. serv. comm.	1463 Maii 26	Obl. 79, 68
ob. Angeli	**Aurelius** Bienati, cler. Mediolan.	1485 Nov. 21	Inn. VIII Lat. a. 2 l. 4 f. 42
ob. Aurelii (1496)	**Angelus** de Papacoda, clericus Neapol. († 1537)	1497 Jan. 9	AC Camer. I, 52

Massan. (**Massa Maritima**) in Italia media, suffr. Pisan. (300 fl.)

ob. Antonii (1435)	**Richardus** (del Frate) [1])	1435 Oct. 7	Obl. 66, 22
ob. Richardi (1438)	**Petrus** (dall' Orto), ep. Cornetan., obl. se	1439 Mart. 6	Schede di Garampi
ob. (Petri) a. s. a.	**Leonardus** (Dachi), secret. S. P.	1467 Aug. 17	Obl. 83, 7
ob. Leonardi (1472)	(**Bartholomaeus** de Ruvere O. Min.), nepos S. P.[2])	1472 Jan. 8	Obl. 83, 23
tr. Barth. ad Ferrar.	**Joannes** (de Gianderoni), ep. Civ. Castelli	1474 Julii 15	Obl. 83, 33
ob. Joannis (1483)	**Hieronymus** de Comitibus, protonot. apost.[3])	1483 Sept. 10	Obl. 83, 86
ob. Hier. de Comit.	**Ventura** Beneassai († 1511)	1501 Oct. 6	AC Camer. I, 99

Massilien. (**Marseille**) in Gallia, suffr. Arelaten. (700 fl.)

ob. Pauli (1433 Febr. 28)	**Andreas** de Botaric,[1]) decr. doctor, el., prov.	1433 Mart. 30	Obl. 66, 1
ob. Andreae	**Bartholomaeus** (de Racolli) de Tolosa[2])	1433 Sept. 2	Obl. 66, 3
ob. Barth. (1445)[3])	**Nicolaus** de Brancatiis, adiac. Mimaten.[4])	1445 Junii 18	Obl. 72, 9
ob. (Nic. 1466 Apr. 21)	**Joannes** Alardeau,[5]) el. 1466 Apr. 30, prov.	1466 Junii 20	Obl. 83, 3
res. Joannis[6])	**Ogerius** (d'Anglure), abbas mon. s. Vict. Massil.	1496 Nov. 16	AC Camer. I, 50

Matisconen. (**Macon**) in Gallia, suffr. Lugdunen. (1000 fl.)

tr. Joa. ad Ambian.[1])	**Joannes** Maceti, cantor ipsius eccl.	1434 Oct. 20	Obl. 66, 15
ob. Jo. (1448 Aug. 30)	**Guido** de Ruppeforti, can. Aeduen.	1448 Oct. 30	Obl. 72, 34
ob. Guid. m. Dec. 1450)	**Stephanus** Hugonetus, decanus ips. eccl.[2])	1451 Mart. 17	Obl. 72, 45
ob. (Stephani)	**Philibertus** (Hugonet), decanus ips. eccl.[3])	1472 Oct. 2	Obl. 83, 26
ob. Philib. card.	**Stephanus** de Longovico (Longwy)[4])	1488 Mart. 3	Inn. VIII Lat. a. 4 l. pr. f. 267

Maurianen. (**Saint Jean de Maurienne**) in Gallia, suffr. Tarentasien. (1157 fl.)

(ob. Aimonis)	**Ogerius** (de Confleto), ep. Augusten.	1433 Febr. 11	AC Miscell. I, 245
ob. Ogerii	**Nicolaus** de Campello O. Min., mag. theol.	1441 Julii 3	Obl. 66, 56
	Ludovicus de Varambona[1])	c. id. temp.	. . . .

Massan.

[1]) Abbas mon. et totius O. Vallisumbr.

[2]) Annos 25 agens.

[3]) Cfr. not. 3 ad Urbevetan.

Massilien.

[1]) Canon. Massiliensis.

[2]) Prior gen. O. Carm.

[3]) Inter eum et Nicolaum apud *Gams* p. 574 recensentur: „Ludovicus de Glandeves tr. de Vence, sedit paucos menses" et „Joannes sedit m. Jan. 1446," Nicolaus autem ad a. 1447 adscriptus est. Sed Lud. de Gl., statim atque Andreas defunctus est, a capit. electus vel postulatus et a metrop. 24 Febr. 1434 confirmatus est (cfr. Gall. christ. nov. II, 430). Loco autem Joannis recensendus est, ut successor Ludovici, Stephanus Plovier (1440—1449; cfr. l. c. p. 451). Defuncto Bartholomaeo Petrus Veillon a cap. electus est in epum. Massil. (l. c. p. 456). — Praedictam transl. Lud. a Vencien. ad Mass. m. Maio 1438 concilium Basil. tunc schism. confirmat rejecto Barthol. ab Eug. IV promoto (cfr. Joannis de Segovia Hist. conc. Basil. ed. *Birk-Beer* III, 104).

[4]) Baccal. in decr.

[5]) Praepos. ipsius eccl.

[6]) Cui reserv. domus episc. Massil. cum horto illi contiguo, molendinis cum censibus, servitiis, juribus et emolumentis suis, et castro de Albania cum tota baronia et membris ejusdem, castro de Signa cum tota sua valle, castris de Mirandolis et de Mala morte ac de Pichania cum ipsorum membris et juribus et etiam fructibus prioratuum de Grigiis, de s. Canato, de Sauceto, de Marargentis et de decimis et emolumentis eorundem loco annuae pensionis. — Ogerius obiit 5 Maii 1506.

Matisconen.

[1]) Et revoc. prov. de **Joanne** Cheuriti, adiac. eccl. Rothomagen., 24 Sept. 1433 fact. (Obl. 66, 4).

[2]) Absolutus a censuris, quas incurrit, eo quod mandatis apost. sedis non paruit.

[3]) Protonot. apost., qui 7 Maii 1473 in S. R. E. card. promotus retinebat eccl. Matiscon. Cfr. Aeduen.

[4]) Presb. Bisuntin., protonot. apost., nobilis (res. 1510); cfr. Obl. 83, 114.

Maurianen.

[1]) Sive „de Palude", olim ab eccl. Lausanen. ad Avinionen. translatus, postea a Fel. V antipapa primum, dein a Nic. pp. V in S. R. E. card. promotus. Cfr. supra pag. 9 nr. IIa, 1.

ob. Ludovici[2])	**Guilelmus** (de Estoutevilla) S. R. E. card.[3])	1453 Jan. 26	Obl. 72, 54
tr. Guil. ad Rothomag.	ipse *in admin.* ad benepl. sedis apost.	1453 Apr. 20	Obl. 72, 55
ob. Guil. card.	**Stephanus** Morelli, proton. apost. et datarius S. P.[4])	1483 Jan. 31	Obl. 83, 84
ob. Steph. (1499 Jul. 24)	**Ludovicus** de Correvodo, can. Gebennen.[5])	1499 Aug. 9	AC Camer. I, 77

Mazzarien. (**Mazzara**) in ins. Sicilia, suffr. Panormitan. (200 fl.)[1])

(ob. Joannis † 1448)	**Bessarion** card. Nicaenus et aep. Sipontin.[2])	1449 Mart. 28	Obl. 27, 35
tr. Bess. ad Pampilon.	**Joannes** (Burgius, aep. Sipontin.), obl. se (200 fl.)	1458 Oct. 25	Obl. 76, 161
ob. Joa. ad Panorm.	**Paulus** (Visconti) O. Carm., mag. theol.	1467 Nov. 16	Obl. 83, 8
tr. Pauli ad Panorm.	**Joannes** de Monteaperto, decr. doctor	1469 Sept. 6	Obl. 83, 14
ob. Joannis	**Joannes** Castrinot, cler. Neapol., 18 a. agens[3])	1486 Mart. 15	Inn. VIII Lat. a. 2 l. 4 f. 64

Mediolan. (**Milano**) in Italia super., metrop. (3000 fl.)

ob. Barth. (1433 Sept.30	**Franciscus** (Piccolpasso), ep. Papien.	1435 Junii 7	Obl. 66, 19
ob. Franc. (1443)	**Henricus** (Rampini), ep. Papien.[1])	1443 Aug. 23	Obl. 66, 63
ob. Henr. (1450 Jul. 4)	**Joannes** de Vicecomitibus	1450 Aug. 3	Obl. 72, 43
ob. Jo. (1453 Mart. 3)	**Nicolaus** (Amidano), ep. Placentin.	1453 Mart. 19	Obl. 72, 55
ob. Nic.(1454 Mart.24)[2])	**Carolus** al. Gabriel Sfortiae O. Er. s. A.	1454 Junii 21	Obl. 72, 62
ob. Gab. (1457 Sept. 12)	**Carolus** (de Forolivio), abbas mon. s. Celsi[3])	1457 Oct. 19	Obl. 72, 80
ob. Caroli (1461)	**Stephanus** de Nardinis, can. Ferrar.[4])	1461 Nov. 13	Pii II a. 4 Lat. l. pr. f. 48
ob. Steph. (1484 Oct. 21)	**Joannes** (Arcimboldus) S. R. E. card.[5])	1484 Oct. 25	Obl. 83, 93
ob. Jo. (1491 Oct. 2)	**Guido** Antonius de Arcimboldis[6])	1489 Jan. 23	AC Camer. I, 1
ob. G. A. (1497 Oct. 18)[7]	**Hippolytus** de Este, S. R. E. diac. card., *admin.*	1497 Nov. 8	AC Camer. I, 59

Mednicen. (**Telszi**) in Russia (Samogitia), suffr. Gneznen. ($33^1/_3$ fl.

ob. Nicolai[1])	**Jacobus** (Lithuanus), can. Wilnen.	1436 Maii 18	Obl. 66, 25
. . . .	**Bartholomaeus** „abire compulsus"	. . . . . .	Gams 357
. . . .	**Georgius** Lithuanus	. . . . . .	Gams 357
ob. Ge. (1464 Febr. 25)	**Mathias** de Topolia	. . . . . .	Gams 357
ob. (Math. 1471)	**Bartholomaeus** (Lithuanus), decanus Wilnen.	1471 Febr. 13	Obl. 83, 19
ob. Barthol.	**Martinus** de Samogitia	1483 Febr. 21	Sixt. IV Lat. a. 12 l. 1 f. 228
ob. Martini	**Martinus** Joannis Lintfari, adiac. Wilnen.[2])	1492 Oct. 8	AC Camer. I, 27

Maurianen.

[2]) Et cass. promot. Joannis de Segovia, ep. in univ. eccl. (cfr. Tricastrin.), 13 Oct. 1451 fact. (Obl. 72, 48) vel ejus tr. ad Caesarien. Cfr. supra pag. 9 nr. 13.

[3]) Absolutus ab eccl. Lodoven. Confirmatur annua pensio, quam Joannes Gervasii de fructibus eccl. Maur. percipit, et reserv. altera pens. 200 fl. annuatim supradicto Joanni de Seg. solvenda.

[4]) Cfr. supra pag. 48 nr. 507.

[5]) Protonot. apost., eleemos. ducis Sabaudiae, 27a. agens, cui conced. in comm. mon. s. Petri de Bessua O. S. B. dioec. Lingonen. vac. per obitum Stephani antecess. Postmodum in S. R. E. card. promotus retinuit eccl. Maurian.; res. 1532 et obiit a. 1535.

Mazzarien.

[1]) Inter episcopos Mazzarien. a Clem. VII aut Bened. XIII promotos recensendus est quoque quidam Michael; nam 1 Jan. 1405 Ben. XIII (Av. t. 43 f. 439) officiali Redonen. mandavit, ut in causa Michaelis ep. Mazzarien., qui in civ. Andegaven. commorabatur, sed e regno Franciae bannitus et bonis suis spoliatus est, eo quod in curia saeculari Parisien. in causa homicidii, de quo famulus ejus accusatus erat, non comparuit, inquireret et decerneret.

[2]) Qui hanc eccl. tenet in titulum unacum eccl. Sabinen. et aliis commendis eam obtentis, excepta eccl. Sipontin., a qua absolvitur.

[3]) Usque ad a. 27 in admin., dein in epum. Resign. a. 1503.

Mediolan.

[1]) Qui 16 Dec. 1446 promotus in S. R. E. card. retinet illam eccl.

[2]) Inter eum et Gabr. apud *Gams* p. 796 recensetur „Timotheus Maffei conf. 1454 Mart. 26, res."

[3]) Mediolan. O. S. B.

[4]) Referend. S. P., utr. juris doctor insignis. Qui 7 Maii 1473 promotus in S. R. E. card. retinet eccl. Mediolan.

[5]) Et ep. Novarien. A qua eccl. absolvitur, obtinet autem in comm. mon. s. Ambrosii Mediolan. vac. per ob. Stephani card.

[6]) Commend. mon. s. Dionysii Mediolan.

[7]) Inter eum et Hipp. apud *Gams* recensetur ad a. 1497 „Octavianus Arcimboldi † (non cons.) 1497."

Mednicen.

[1]) Inter eum et Jac. apud *Gams* p. 357 recensetur „Martinus Lukniki † anno non expleto."

[2]) Et can. Leodien. ac Poznanien.; obiit 1515.

Megaren. (**Megara**) in Graecia, suffr. Athenien., tit.

ob. Andreae	**Ivo** le Manguei O. Praed. (suffr. epi. Dolen.)	1455 Julii 11	Schede di Garampi
. . . .	**Ludovicus** Seguin (suffr. epi. Malleacen.)	1463	
. . . .	**Antonius** Emerici (suffr. epi. Quinqueeccl.)	1480 Maii 31	
ob.	**Andreas** de Pest	1492 Maii 2	AC Camer. I, 22
certo modo	**Petrus** de Aureacella, can. Agrigentin.[1])	1500 Nov. 13	Al. VI a. 9 Lat. l. 3 f. 251
. . . .	**Joannes** Nemet [2])	1503 Febr. 15	AC Camer. I, 113

Melden. (**Meaux**) in Gallia, suffr. Senonen. (2000 fl.)

ob. Jo. (1435 Aug. 17)	**Pasquerius** de Vallibus (Vaux), decr. doctor	1435 Sept. 23	Obl. 66, 21
tr. Pasch. ad Ebroicen.	**Petrus** (de Versailles O. S. B.), ep. Dignen.	1439 Sept. 25	Obl. 66, 48
ob. Petri (1446 Nov. 11)	**Joannes** (le Meunier), abbas mon. s. Mauri[1])	1447 Maii 15	Obl. 72, 26
(ob. Jo. 1458 Jun. 22)	**Joannes** (du Drac, conf. m. Apr. 1459), obl. se[2])	1459 Maii 2	Obl. 76, 168
ob. Jo. (1473 Maii 17)	**Tristandus** de Salazar, cler. Senonen., lic. in leg.[3])	1473 Junii 25	Sixt. IV Lat. a. 2 l. 1 f. 329
tr. Trist. ad Senonen.	**Ludovicus** de Melduno	1474 Sept. 26	Obl. 83, 34
ob. Lud. (1483 Maii 13)	**Joannis** Luislier (d'Huillier), decanus Parisien.[4])	1483 Junii 6	Obl. 83, 85
ob. Jo. (1500 Nov. 21)	**Joannes** de Petrafonte (Pierrefonds), nobilis [5])	1500 Nov. 13	AC Camer. I, 89

Melen. *v.* **Milenen.**

Melfien. (**Melfi**) in Italia infer., immed. subj. (350 fl.)

ob. (Nicolai)	**Cicchus** (**Franciscus** Palombi O. S. B.), ep. Avellin.	1431 Dec. 12	AC Miscell I, 227
ob. Cicchi (1437)	**Honofrius** Francisci de s. Severino	1437 Jan. 11	Obl. 66, 31
ob. Hon. Fr. (1450)	**Alfonsus** Cussari (Costa), can. Neapol., in minor.	1450 Sept. 4	Obl. 72, 13
ob. ult. episcopi	**Gaspar** de Lofrido (Loffredi), can. Neapolitan.[1])	1472 Apr. 17	Obl. 83, 24
ob. Gasparis	**Octavianus** de Bentivoliis, cler. Urbinat.	1480 Dec. 15	Sixt. IV Lat. a. 10 l. 1 f. 61
tr. Oct. ad Salern.	**Franciscus** Carazoli, cler. Neapol., nobilis	1486 Junii 24	Inn. VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 14
. . . .	**Joannes** de Borja[2]) (cfr. Capuan. ad a. 1496)	1494 Sept. 19	Schede di Garampi
res. card. de Borgia	**Joannes** Ferrer, cubicul. S. P.[3])	1498 Dec. 3	AC Camer. I, 70
tr. Jo. ad Arelaten.	**Raphael** (de Ceva), ep. Asten. (res. 1513, † 1518)	1499 Julii 26	AC Camer. I, 76

Melfiten. (**Molfetta**) in Italia infer., suffr. Baren., ab a. 1484 immed. subj. (76 fl.)

ob. Gentilis (1432)	**Andreas** de Rocha, in minor. const.	1433 Nov. 16	Obl. 66, 7
ob. (Andreae)	**Leonardus** Palmerius, can. Neapolitan.[1])	1472 Julii 23	Obl. 83, 25
ob. Leonardi a. s. a.	**Joannes** Bapt. (Cibo), ep. Saonen.[2])	1472 Sept. 16	Obl. 83, 26
exalt. Jo. in S. P.	**Angelus** de Lacertis († 1508)	1484 Oct. 17	Schede di Garampi

---

Megaren.

[1]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in Florentin. et aliis civ. et dioec.

[2]) Cui retinere permitt. mon. de s. Juliano O. S. A. dioec. Melden.

Melden.

[1]) De Fossato dioec. Paris.

[2]) Ad solvendam mediam partem 2000 fl. i. e. 1000 fl., sed haec summa redacta est ad 400 fl.

[3]) In minor. const., nobilis; cfr. Obl. 83, 28.

[4]) Mag. theol.

[5]) Adiac. de Josayo in eccl. Parisien., pro quo etiam Lud. rex Franc. supplicavit. Cui 13 Jan. 1501 conceditur nova provisio in forma juris devolutionis (l. c. f. 91). Obiit 2 Sept. 1510.

Melfien.

[1]) Reserv. annua pens. 200 duc. Nardo Palmerio cubicul. S. P. Cfr. not. 1 ad Melfiten.

[2]) Promovetur in S. R. E. card. 19 Febr. 1496.

[3]) Cujus intuitu liberatus est a solv. serv. comm. (AC Miscell. XLIV,10).

Melfiten.

[1]) Cubicul. S. P. Ita ut cedat pensioni 200 duc., quam habebat de fruct. eccl. Melfien. Cfr. not. 1 ad Melfien.

[2]) Qui 7 Maii 1473 in S. R. E. card. promotus retinet illam eccl.

Meneven. (St. Davids) in Anglia, suffr. Cantuarien. (1500 fl.)

ob. Ben. (1433 Jun. 25)	**Thomas** Rodebourne (Rudeborne), lic. in theol.[1])	1433 Oct. 5	Obl. 66, 5
ob. Thomae	**Guilelmus** Lindevode (Linwarde),[2]) utr. jur. dr.	1442 Junii 27	Obl. 66, 59
ob. Guil. (1446 Oct. 21)	**Joannes** Langton (cons. 1447 Maii 7)	1447 Jan. 23	Obl. 72, 16
ob. Jo. (1447 Maii 22)	**Joannes** de la Bere (cons. 1447 Nov. 19)	1447 Sept. 20	Obl. 72, 29
(res. Joannis)	**Robertus** (Tully, cons. 1460 Aug. 31), obl. se	1460 Aug. 11	Obl. 76, 189
ob. Roberti (1481)	**Ricardus** (Martin), adiac. Hereford., lic. in decr.[3])	1482 Apr. 26	Obl. 83, 77
ob. Richardi (1483)	**Thomas** Langton, rector par. eccl. de Pembrog[4])	1483 Julii 4	Sixt. IV a. 12 Lat. l. pr. f. 340
tr. Tho. ad Saresber.	**Hugo** Payn (Pavy), adiac. in eccl. Saresber.[5])	1485 Maii 16	Obl. 83, 96
ob. Hugonis (1496)	**Joannes** Morgan, capell. regis Angliae[6])	1496 Aug. 3	AC Camer. I, 49

Merseburgen. (Merseburg) in Germania, suffr. Magdeburgen. (120 fl.)

ob. Nicolai	**Joannes** Bose, praepos. ipsius eccl., de militari gen. procreatus, concorditer el., prov.	1431 Maii 23	AC Miscell. I, 218
ob. Jo. (1463 Oct. 3)	**Joannes** (de Werder), solv. serv. comm.	1464 Mart. 20	Obl. 79, 63
ob. Jo. (1466 Jun. 24)	**Tilimannus** (Tilo Trotha † 1514)	1466 Sept. 26	Obl. 83, 4

Messanen. (Messina) in ins. Sicilia, metrop. (1000 fl.)

ob. Barthol. 1446)	**Antonius** Cerdanus, mag. theol., cubicul. S. P.[1])	1448 Jan. 8	Obl. 72, 30
tr. Ant. ad Ilerden.	**Jacobus** (Porcus), ep. Pacten.	1449 Apr. 21	Obl. 72, 36
ob. Pini (!) Porci	**Jacobus** de Thodisco, abbas mon. s. Mariae[2])	1450 Nov. 4	Obl. 72, 44
ob. Jac. (1473 Mart. 14)	**Julianus** de Ruvere, S. R. E. card., *in admin.*	1473	. . . .
res. Juliani card.[3])	**Jacobus** (a s. Lucia) O. Min., mag. theol.[4])	1474 Maii 23	Obl. 83, 33
tr. Jac. ad Pacten.	**Petrus** de Luna, intrusus, rehabilitatus[5])	1480 Julii 7	Obl. 83, 68
ob. Petri (1492 Aug. 28)	**Martinus** Ponz (Ponce), can. Barchin., decr. dr.	1493 Mart. 27	AC Camer. I, 32
ob. Martini (1500)	**Martinus**[6])	1500 Dec. 4	AC Camer. I, 90
ob. Martini	**Petrus** (Belloradus), abbas mon. de Condegna[7])	1502 Mart. 16	AC Camer. I, 106

Meten. (Metz) in Lotharingia, suffr. Treveren. (6000 fl.)

(ob. Conr. 1459 Apr. 20)	**Georgius** (de Baden),[1]) obl. se	1459 Julii 2	Obl. 76, 169
ob. Ge. (1484 Oct. 11)	**Henricus** (de Lotharingia-Vaudemont)[2])	1485 Maii 16	Obl. 83, 97

Meneven.

[1]) Consecr. 1434 Jan. 31.

[2]) Cons. 1442 inter m. Aug. et Oct. Jam 1436 Sept. 19 illi eccl. vac. per tr. Thomae ad Wigorn. praefectus est in epum. (Obl. 66, 28); sed hae transl. et prom. tunc effectum non habuerunt.

[3]) Consecr. 1482 Jul. 28.

[4]) Dioec. Hereford.; cfr. Obl. 83, 85 et supra pag. 48 nr. 507.

[5]) Consecr. 1485 Oct. 9.

[6]) Ejusque parlamenti primarius clericus († 1504).

Messanen.

[1]) Promotus 16 Febr. 1448 in S. R. E. card. retinet illam eccl.

[2]) De Pardischo (Spano?) O. Cist. dioec. Messan.

[3]) Reservata ei certa annua pens. Cfr. Cathanien., Lodoven., Mimaten.

[4]) Minister provincialis prov. Siciliae.

[5]) Pensione alias dno. vicecancellario assignata a 300 ad 200 fl. reducta.

[6]) Confunditur apud *Gams* 950 cum Martino antecessore.

[7]) Dioec. Burgen. († 1510).

Meten.

[1]) Deput. coadj. c. j. s. 11 Jan. 1457.

[2]) Ep. Morinen.

[3]) Ei, qui resignans 1501 Jul. 16 remanet *admin.* Meten. et 1505 Oct. 20 moritur, **Joannes** de Lotharingia (filius Renati regis Sic. et ducis Lothar.) in puerili aet. const., quamprimum a. 20 attigerit, ut coadj., et quando ad a. 27 pervenerit, ut epus. succedere debet. Cfr. AC Camer. I, 96 et supra pag. 54 nr. 610.

Microcomien. suffr. Patracen. al. Neopatren. in Graecia, tit.

. . . .	**Petrus** de Gamundia O. Er. s. A.[1])	1437 Nov. 27	Obl. 66, 38
ob. Petri	**Leonardus** Pilham(er), decr. doctor[2])	1464 Nov. 21	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 207
certo modo	**Kilianus** Pfluger, sacerdos (theol. doct.)[3])	1476 Nov. 20	Sixt. IV Lat. a. 6 l. 1 f. 13
ob. Kiliani (1486)	**Jacobus** (Raschauer)[4])	1486 Julii 28	Inn. VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 42
ob. Jacobi	**Gaspar** Tobritsch, rector paroch. eccl. s. Joh. Ev.[5])	1498 Apr. 27	AC Camer. I, 64

Miden. al. **Minden.** (**Meath**) in Hibernia, suffr. Armachen. (1000 fl.)

ob. Guilelmi (1434)	**Guilelmus** Silli (Silk), decr. doctor, el., prov.	1434 Sept. 22	Obl. 66, 14
ob. Guilelmi[1])	**Edimundus** Oschalk (Ouldhall)[2])	1450 Aug. 7	Obl. 72, 43
ob. Edm. (1459 Aug. 9)	**Guilelmus** Scherwod, presb. Eboracen., decr. dr.	1460 Mart. 26	Pii II a. 2 Lat. l. pr. f. 6
ob. Guil. (1482 Dec. 3)	**Joannes** Payne O. Praed., prior prov. Angliae[3])	1483 Mart. 17	Sixt. IV Lat. a. 12 l. 1 f. 266

Milchovien. (**Milkow**) in Walachia, suffr. Colocen. al. Strigonien. ($33^1/_3$ fl.)[1])

(ob. Nicolai)	**Emericus** Zechel, adiac. de Zathmar[2])	1431 Oct. 22	Arn. XII, 121, p. 267
ob. Emerici	**Gregorius** Stephanus, can. Vesprim.[3])	1433 Maii 26	AC Miscell. I, 244
ob. Gregorii[4])	**Michael** Turon (suffr. aepi. Strigon.)[5])	1468 Junii 13	Obl. 83, 10
ob. Michaelis	**Paulus** de Ilsine, rector plebaniae castri Strig.[6])	1502 Feb. 17	Al. VI a. 10 Lat. l. 4 f. 251

Milenen. al. **Myllinen.** (**Melos, Milo**) in ins. cognom. inter Cyclades, suffr. Naxien.

ob. Joannis[1])	**Nicolaus** Langen O. Praed., lector theol.[2])	1456 Apr. 21	Obl. 72, 70
. . . .	**Jacobus**	. . . .	. . . .
ob. Jacobi	**Jacobus** (Joumondi), olim ep. Andr(i)en.	1460 Maii 19	Pii II a. 2 Lat. l. pr. f. 48
res. Jacobi	**Marcus** Stella O. Praed. († 1511)	1486 Julii 28	Inn. VIII Lat. a. 1 l. 7 f. 80
. . . .	**Joannes** Pedenhofer O. Praed. (suffr. epi. Merseb.)	1494 Maii 5	. . . .

Milevitan. (**Malta**) in ins. cognom., suffr. Panormitan. (150 fl.)

res. Mauri	**Senator** (de Noto), thesaur. eccl. Syracus.	1432 Feb. 13	AC Miscell. I, 204
ob. Senatoris[1])	**Jaymus** (**Jacobus**),[2]) abbas mon. s. Philippi[3])	1445 Dec. 21	Obl. 72, 11

Microcomien.

[1]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Eystetten. Agebat insuper suffr. epi. Frisingen.

[2]) Cui conced. eadem fac. in eadem (Eystett.) civ. et dioec. Obiit 29 Jul. 1475.

[3]) Ipsum quoque suffraganeum epi. Eystett. egisse constat.

[4]) Capellanus in eccl. mon. s. Catharinae Nurenberg O. S. A. Qui constituitur suffr. epi. Eystetten., assignata ei annua pens.

[5]) „Zum Hiltpaltstein" dioec. Eystetten. Qui constit. suffr. epi. Eystett., assignata ei annua pens. 178 fl. Rhen. Obiit 2 Jun. 1502.

Miden.

[1]) Inter eum et Guil. Silk apud *Gams* p. 229 recensetur „Thomas Scurlock † in brevi."

[2]) Rector paroch. eccl. s. Patritii.

[3]) Mag. theol., obiit 6 Martii 1506.

Milchovien.

[1]) A. 1453 revocatur facultas transferendi sedem ad locum de Brassow (*Schede di Garampi*). — Die 16 Sept. 1371 Greg. XI ad instantiam Nicolai epi. Milchovien. paulo ante promoti, qui de partibus illis oriundus ad ecclesiam suam propter guerras et alias causas pluribus annis pastore carentem in brevi accedere proponit, Nicolao aepo. Strigonien. mandaverat, ut ei bona ipsius ecclesiae Milch. in confinibus regni Hungariae et prope infideles existentis, quae per nonnullos aepos. Strigonien. occupata esse dicuntur, restitueret (Reg. Vat. t. 293 f. 111).

[2]) In eccl. Transilvan. Desideratur apud *Gams* p. 383.

[3]) Obl. se 1433 Sept. 16 (*Schede di Garampi*).

[4]) Secundum *Gams* l. c. loco Michaelis succedit 1469 Ladislaus de Ondola. Ad a. 1451 adscriptus est „Paulus ep. Argensis"; confunduntur enim apud *Gams* epi. Milchovien. et Argen.

[5]) Cui reserv. annua pensio 200 fl. super fruct. eccl. Strigonien.

[6]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Strigon.

Milenen.

[1]) Suffr. epi. Nuemburgen.

[2]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Nuemburgen.

Milevitan.

[1]) † Cathaniae 9 Sept. 1445.

[2]) Apud *Gams* p. 948 nominatur Bernardinus.

[3]) De Argilione O. S. B. dioec. Cathanien.

ob. Jacobi (1447)	**Antonius** de Alagona O. S. B.	1447 Junii 21	Obl. 72, 27
res. Antonii[4])	**Joannes** de Paternione[5])	1479 Jan. 8	Obl. 83, 58
tr. Jo. ad Panorm.	**Petrus** de Fuxo S. R. E. card.[6]), *in admin.*	1489 Julii 6	Schede di Garampi
ob. card. de Fuxo	**Paulus** de la Cavalleria	1491 Feb. 18	AC Camer. I, 14
tr. Pauli ad Cephalud.	**Jacobus** (Vualguera)	1495 Mart. 30	AC Camer. I, 42
ob. Jac. (1501 Maii 5)	**Antonius** Corsetus, auditor Rotae[7])	1501 Dec. 20	AC Camer. I, 102

Militen. (**Mileto**) in Italia infer., immed. subj. (200 fl.)

(ob. Jacobi)	**Dominicus**	1432	Schede di Garampi
ob. Dominici	**Antonius** (Scorbillus) de Mileto	1437 Julii 26	Obl. 66, 36
(ob. Antonii)	**Caesar** (de Gricto O. Cist.)[1]), solv. serv. comm.	1463 Oct. 1	Obl. 79, 70
ob. Caesaris	**Narcissus** de Verduno, can. Caesaraugust.	1473 Junii 25	Sixt. IV Lat. a. 2. l. 1 f. 334
ob. Narcissi	**Antonius** (de Pazzis), ep. Sarnen.	1477 Feb. 26	Obl. 83, 47
ob. Ant. de Pactiis	**Jacobus** (de Ruvere, trf. ad Saonen. 1504)	1480 Aug. 18	Obl. 83, 68

Milopotamen. (**Mylopotamos**) in ins. Creta, suffr. Creten. ($33^1/_3$ fl.)

ob. Franc. Sangredo	**Joannes** Rosso, praepos. eccl. Creten.[1])	1437 Mart. 15	Obl. 66, 33
ob. ult. episcopi	**Georgius**, mag. domus cardin. Racanaten.	1480 Jan. 24	Obl. 83, 65
ob. Georgii[2])	**Franciscus** Berthelay, poenit. apost.[3])	1499 Nov. 6	AC Camer. I, 79

Mimaten. (**Mende**) in Gallia, suffr. Bituricen. (3500 fl.)

ob. Ramnulfi	**Aldebertus** de Peira, protonot. apost.	1441 Aug. 23	Obl. 66, 57
ob. Aldeb. (1443)	**Guido** de Panuza (Panouse), el., prov.	1443 Nov. 20	Obl. 72, 1
res. Guidonis[1])	**Antonius** (de Panouse), nepos ipsius Guid.	1467 Nov. 20	Obl. 83, 8
(ob. Ant. † 1473 Jun. 28)	(**Petrus** Riario), card. s. Sixti,[2]) in comm.	1473 Nov. 3	Obl. 83, 30
ob. Petri card.	**Joannes** (Petitdé), decanus Claromonten.,	1474 Apr. 18	Obl. 83, 32
ob. Jo. Petitdé	**Julianus** (de Ruvere) S. R. E. card.	1478 Julii 3	Obl. 83, 54
res. Juliani card.	**Clemens** de Ruvere (Card. 1503 Nov. 29, † 1504)	1483 Oct. 27	Schede di Ga4ampi

Minden. *v.* **Miden.**

Minden. (**Minden**) in Germania, suffr. Colonien. (500 fl.)

ob. Wulprandi[1])	**Albertus** de Hoya, can. Bremen., postul., prov.	1437 Feb. 18	Obl. 66, 32
ob. Al. (1473 Apr. 25)	**Henricus** (de Schaumburg),[2]) el., prov.	1473 Julii 30	Obl. 83, 28

Milevitan.

[4]) Cui reserv. annua pensio 200 fl.

[5]) Abbas mon. de Novaluce et de Scala unit. O. S. B. dioec. Cathanien., quae mon. retinet, nobilis, collector apost. in ins. Sicilia. Consecr. 30 Jan. 1479 Romae in eccl. s. Laur. in Lucina a Jo. Bapt. ipsius eccl. presb. card., assistentibus aepo. Rhodien. (Colocen.) et epo. Bretenorien. (Lib. Format. Sixti IV p. 150).

[6]) Absolutus ab eccl. Panormitan.

[7]) Utr. jur. doctor, benefic. in paroch. eccl. oppidi Terraemotus dioec. Syracusan. Obiit Romae m. Sept. 1503.

Militen.

[1]) Prov. 15 Jun. 1463.

Milopotamen.

[1]) Loco ejus apud *Gams* p. 403 recensetur ad a. 1438 „Antonius Saracco, tr. Corinthum." Cfr. ibi (supra p. 136) ad a. 1476; sed ille Antonius Saracco ante prom. in aep. Cor. non erat epus. Milopot.

[2]) A. s. a. 1499 Oct. 6.

[3]) Can. Ebredun., decr. doctor. Sedebat adhuc a. 1514.

Mimaten.

[1]) Qui 1444 Apr. 20 transfertur ad Castren. et **Reginaldo** aep. Remen. ac S. R. E. card. committitur admin. eccl. Mimaten., revocata admin. eccl. Aurelianen. (Obl. 72, 3); sed hae transl. effectu caruerunt.

[2]) Desideratur apud *Gams* p. 577.

Minden.

[1]) Die 23 Dec. 1436 defuncti.

[2]) Can. ips. eccl., in minor. const. Cui omnia sua beneficia reservantur. Obiit 25 Jan. 1508.

Mindonien. (Mondonnedo) in Hispania, suffr. Compostellan. (1500 fl.)

ob. (Aegidii)	**Petrus** Henrici (de Castro), admin. ips. eccl.[1])	1431 Junii 15	Arm. XII, 121, p. 264
ob. Pe. (1445 Aug. 21)	**Petrus** (Arias Vaamonde), decanus Aurien.	1445 Nov. 10	Obl. 72, 11
ob. Petri (in. a. 1449)	**Alfonsus** de Segura, decanus Toletan.[2])	1449 Julii 14	Obl. 72, 37
ob. Alf. (1454 Sept. 6)	**Alfonsus** Fasci (Vasquez de Acunna)[3])	1454 Dec. 11	Obl. 72, 64
tr. Alf. ad Giennen.	**Federicus** (Fadrique de Guzman)[4])	1457 Apr. 22	Schede di Garampi
ob. Frederici	**Alfonsus** (de la Fuente del Salce)	1493 Mart. 20	AC Camer. I, 32
tr. Alf. ad Lucen.	**Petrus** de Munyebriga, presb. Caesaraug. († 1505)	1496 Junii 27	AC Camer. I, 48

Minerbinen. (Minervino) in Italia infer., suffr. Baren. (40 fl.)

(ob. Leonardi)	**Sancius**, ep. Civitaten. (in Hisp.), olim Aurien.	1433 Jan. 14	Arm. XII, 121, p. 280
absol. Sancii[1])	**Goffridus**, can. ips. eccl.	1434 Sept. 15	Obl. 66, 14
ob. Goffridi (1456)	**Joannes** Campanella, monachus mon. s. Philippi[2])	1456 Apr. 13	Obl. 72, 70
ob. Joannis	**Marinus** Cieri de Acerris	1478 Oct. 5	Obl. 83, 57
ob. Marini	**Robertus** de Noya O. Praed., mag. theol.	1492 Jan. 23	AC Camer. I, 20
tr. Rob. ad Acerrar.	**Marinus** de Falconibus[3])	1497 Apr. 17	AC Camer. I, 53

Minoren. (Minori) in Italia infer., suffr. Amalfitan. ($33^1/_3$ fl.)

ob. Nicolai (1474)	**Ludovicus** de Senis O. Min.	1474 Apr. 1	Gams 898
ob. Ludovici	**Palamedes** (de Cuncto)[1])	1475 Nov. 20	Obl. 83, 39
ob. Palamedis	**Andreas** de Conto (Cuncto), clericus Amalfitan.	1483 Junii 6	Obl. 83, 85
tr. Andr. ad Amalf.	**Joannes** Bapt. de Contestabili	1484 Mart. 31	Schede di Garampi
tr. Bapt. ad Lucerin.	**Santillus** de Simeone	1493 Dec. 2	AC Camer. I, 36
res. Santilli[2])	**Alexander** Salati († 1509)	1498 Apr. 30	AC Camer. I, 64

Mirapiscen. (Mirepoix) in Gallia, suffr. Tolosan. (2500 fl.)

res. Guilelmi[1])	**Jordanus** de Aura, can. Tarvien. O. Can. s. A.	1433 Julii 26	Obl. 66, 9
tr. Jord. ad Conseran.	(**Guilelmus** de Estoutevilla) card. „Andegaven."	1440 Apr. 18	Obl. 66, 51
revoc. h. comm.[2])	**Eustachius** de Levis, protonot. apost.[3])	1441 Maii 17	Obl. 66, 56
(ob. Eust. 1463)	**Joannes** (de Levis), solv. serv. comm.	1463 Sept. 1	Obl. 79, 56
tr. Joa. ad Lascuren.	**Scipio**[4]), protonot. apost.	1467 Maii 22	Obl. 83, 6
ob. Scipionis	**Elias** Rinart, can. Albien.	1470 Feb. 13	Obl. 83, 19
ob. ult. episcopi	**Gabriel** (du Mas), 28 a. agens	1475 Apr. 5	Obl. 83, 36
tr. Gab. ad Petragor.	**Joannes** de Spinay, nobilis, scolast. Redonen.	1486 Mart. 15	Obl. 83, 101
tr. Jo. ad Nanneten.	**Guilelmus** Gueghen, abbas mon. de Derserto[5])	1493 Nov. 4	AC Camer. I, 36
	Philippus de Levis, presb. Mirapiscen.[6])	1497 Maii 22	AC Camer. I, 55

Mindonien.

[1]) Olim cantor eccl. Anicien., 26 a. agens.

[2]) Et auditor Rotae.

[3]) Abbas mon. de Panazes O. s. Aug. dioec. Segobien.

[4]) Adiac. de Nebula in eccl. Hispalen.

Minerbien.

[1]) Epi. „Aurien.", eo quod litteras super transl. sua non expedivit. Cfr. Hortan. ad a. 1432 et Boven. ad a. 1435.

[2]) O. S. B. dioec. Castren.

[3]) Apresb. terrae Aquaevivae dioec. Baren. († 1525).

Minoren.

[1]) Prior hosp. O. Crucif. Amalfit.

[2]) Reserv. ei annua pens. 30 fl.

Mirapiscen.

[1]) Et revoc. commendae Petro card. „de Fuxo" 9 Nov. 1432 factae (AC Miscell. I, 237) ac cess. Bernardi de Rosario el., olim cancell. Tolosan., 28 Jan. 1433 in ep. Mirap. promoti (l. c. p. 280), litteris super ejus promotione non confectis et reservata ei annua pens. 700 fl.

[2]) Cfr. Nemausen. ad a. 1441.

[3]) Def. aet. 2 ann. patientis. Qui jam m. Oct. 1440 a concilio Basil. tunc schism. in epum. Mirap. prom. est; cfr. Joannis de Segovia Hist. conc. Basil. ed. *Birk-Beer* III, 514.

[4]) Desideratur apud *Gams* p. 578.

[5]) Quod per ipsius promot. vacans Guilelmo epo. Lodoven. conced. in comm. Ille Guil. desideratur apud *Gams* neque unquam possess. eccl. Mirap. adeptus esse videtur. Cfr. Nanneten. ad a. 1500.

[6]) Protonot. apost., nobilis. „Cathedralem exornat, † 1537" (*Gams* l. c.).

Mirren. (**Myra**) in Lycia, tit.

. . . .	**Henricus** Bock de Colonia O. Carm.[1])	. . . . . .	Schede di Garampi
ob. Hen. (1443 Oct. 14)	**Petrus** de Francofordia O. Carm. (suffr. Spiren.)	1444	
. . . .	**Joannes** (commend. mon. Bonarum vallium)[2])	1466	

Misnen. (**Meissen**) in Germania, suffr. Magdeburgen. (350 fl.)

ob. Jo. (1451 Apr. 12	**Gaspar** de Schönberg, decanus ips. eccl.[1]), prov.	1451 Junii 9	Obl. 72, 47
ob. Ga. (1463 Maii 31)	**Theodoricus** (de Schönberg),[2]) el., prov.	1463 Aug. 18	Pii II a. 5 Lat. l. pr. f. 19
ob. (The. 1476 Apr. 12)	**Joannes** (de Wissenbach), proton. apost., el.[3]), prov.	1476 Junii 19	Obl. 83, 42
ob. Jo. (1487 Nov. 1)	**Joannes** (de Salhausen),[4]) decr. dr., el.[5]), prov.	1488 Feb. 8	Obl. 83, 113

Missinen. in Thracia, suffr. Heracleen., tit.

. . . .	**Joannes** T(idan) O. Praed., mag. theol.[1])	1477 Feb. 6	Obl. 83, 46
ob. Jo. T. (1501 Jul. 28)	**Ludovicus** de Siegen O. Min.,[2]) obl. se	1502 Maii 25	Schede di Garampi

Modrusien. *v.* **Corbavien.**

Moldavien. (**Suczawa**) „in Amonea seu Bulgaria“ al. „in Walachia min.“[1])

ob. Joannis	**Petrus** Grisper al. Cipser O. Praed.[2])	1438 Apr. 30	Obl. 66, 41
ob. (Petri)	**Joannes** (O. Min.)	1457 Julii 8	Obl. 72, 78
ob. ult. epi. ante 4 a.	(**Petrus** de Insula, rector par. eccl. in Waldhut[3])	1476 Mart. 29	Obl. 83, 41
ob. ultimi epi.	**Simon** Dobriolanus	1484 Nov. 14	Obl. 83, 117
ob. Simonis	**Thomas** Batcha de Zegedino O. Praed.	1497 Sept. 20	AC Camer. I, 58
. . . .	**Michael** Marinoschi (ultimus ep. Moldav.)	1510	Röm. Qu.-Schr. l. c.

Monasterien. (**Münster**) in Germania, suffr. Colonien. (3000 fl.)

ob. Henr. (1450 Jun. 2)	**Valramus** de Morse (Mörs, cfr. Trajecten. not. 1)	1450 Oct. 14	Obl. 72, 43
ob. (Wal. 1456 Oct. 3)	**Joannes** e duc. Bavariae et com. Palat.[1]), *in admin.*	1457 Apr. 11	chede di Garampi
(tr. Jo. ad Magdeburg.)	(**Henricus** de Schwarzenburg), aep. Bremen.[2])	1466 Junii 20	Obl. 83, 3
ob. Henr. 1496 Dec. 24)	**Conradus** e com. de Rietberg, ep. Osnabrug.[3])	1497 Apr. 18	AC Camer. I, 54

Monden. seu **Mynden.**, suffr. Stauropolitan, tit.[1])

Mirren.

[1]) Suffr. epi. Spiren. (1426).

[2]) Dioec. Viennen. († 1468).

Misnen.

[1]) El. 1451 Apr. 30.

[2]) Praepos. Misnen.

[3]) 1476 Apr. 26.

[4]) Decanus ipsius eccl.; cfr. Inn. VIII Lat. a. 4 lib. prov. f. 293.

[5]) Ante 12 Nov. 1487; † 1518 Apr. 10.

Missinen.

[1]) Cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Minden., super cujus eccl. fructibus ei assignatur annua pensio 200 fl.

[2]) Suffr. epi. Hildeshem., † 1508 Febr. 13.

Moldavien.

[1]) „Quae non reperitur in taxa“, sicut annotatur ad provis. a. 1476 fact.

[2]) Cfr. *Röm. Quartalschrift* 1898 (p. 107-126) et 1903 (p. 188-191).

[3]) Dioec. Transilvan. Consecr. Romae 31 Mart. 1476 per Benedictum aep. Mytilenen.

Monasterien.

[1]) Praepos. eccl. s. Martini Wormatien.

[2]) *In admin.*

[3]) Qui retinet eccl. Osnabrug. in comm. Obiit 9 Febr. 1508.

Monden.

[1]) Huic eccl. vac. per ob. **Antonii** praefic. in epum. **Alfonsus** O. Er. s. A., mag. theol., cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Burgen., super cujus eccl. fructibus ei assignatur annua pensio 200 duc.

Monopolitan. (Monopoli) in Italia infer., immed. subj. (250 fl.)

tr. Petri ad Brundus.	**Antonius** (de Pede), primicerius ips. eccl.	1437 Apr. 15	Obl. 66, 34
ob. (Antonii)	**Alexander** Manfredi, cantor eccl. Tarentin.	1456 Maii 14	Obl. 72, 71
ob. Alexandri	**Urbanus** de Caragnano, adiac. Tarentin. († 1508)	1484 Nov. 5	Obl. 83, 93

Montisalban. (Montauban) in Gallia, suffr. Tolosan. (2500 fl.)

ob. Bern. (ex. Sept.1445)	**Aymericus** de Rupemorello[1])	1446 Jan. 7	Obl. 72, 11
ob. Aym. (1449 Oct. 16)	**Bernardus** (du Rosier), ep. Vasat., postul., prov.	1450 Jan. 9	Obl. 72, 39
tr. Bern. ad Tolosan.	**Guilelmus** de Stampis, subdiac. S. P.	1452 Jan. 3	Obl. 72, 49
tr. Guil. ad Condom.	**Joannes** de Batut de Mont-Rosier, obl. se	1454 Mart. 29	Schede di Garampi
ob. Joannis (1470)	**Joannes** de Montebarbeto O.....[2])	1471 Julii 5	Obl. 83, 20
(ob. Jo. 1483 Dec. 29)[3])	**Georgius** de Amboise)[4])	1484 Dec. 17	Inn. VIII Lat. a. 2 l. 4 f. 24
tr. Ge. ad Narbon.[5])	**Joannes** Doriole (d'Auriole)[6])	1491 Dec. 2	AC Camer. I, 19

Montiscaspii ad mare Caspium.

ob. Jacobi de Salam.	**Cornelius** O. Min.	1433 Maii 13	Obl. 66, 2

Montiscorvini (Montecorvino) in Italia infer., suffr. Benevent. ($33^1/_3$ fl.)

ob. Matthaei	**Antonius,** adiac. Vulturarien.[1])	1432 Feb. 4	AC Miscell. I, 204

Montisflascon. (Montefiascone) in Italia media, immed. subj. (200 fl.)

ob. Dominici	**Petrus** Antonius, abbas mon. ss. Quirici[1])	1432 Sept. 26	AC Miscell. I, 230

Montismaran. (Montemarano) in Italia infer., suffr. Benevent. ($33^1/_3$ fl.)

ob. (Martini)	**Marinus** (de Monopoli) O. Min.	1452 Julii 14	Obl. 72, 51
(ob. Marini)	**Ladislaus,** ep. Lucerin., solv. serv. comm.[1])	1465 Oct. 7	Obl. 79, 91
ob. ult. episcopi	**Augustinus** de Senis O. Min.	1477 Jan. 24	Obl. 83, 46
ob. Augustini	**Simon** de Danticis de Senis O. Min.	1484 Feb. 11	Obl. 83, 89
ob. Simonis	**Antonius** (Bonito) de Cucharo O. Min., mag. th.	1487 Jan. 26	Obl. 83, 106
tr. Ant. ad Acernen.	**Julianus** de Ysopo O. Carm. (res. 1516)	1494 Mart. 19	AC Camer. I, 38

Montispilosi (Montepeloso) in Italia infer., suffr. Tranen. ($66^2/_3$ fl.)[1])

certo modo	**Antonius** de Maffeis, adiac. ips. eccl.	1479 Junii 25	Obl. 83, 61
ob. Antonii	**Cantelmus** al. Julius (Cantelmi), cler. Neapol.[2])	1482 Mart. 20	Sixt. IV Lat. a. 11 l. pr. f. 70

Montisalban.

[1]) Abbas mon. Moysiaci O. Clun. dioec. Caturcen.

[2]) Qui simul obtinet in comm. mon. s. Gelasii seu Gildasii O. S. B. dioec. Bituricen. vac. per resign. (Guilelmi de Estoutevilla) card. „Rothomagen.", cui illud vac. per ob. cardinalis Constantien. die 5 Sept. 1470 in comm. concessum erat (Obl. 83, 17).

[3]) Vel „cess. jurium", quae ad illam eccl. Joannes Doriole et Georgius Ungiarius presbyteri Caturcen. et Ruthenen. dioec. habebant. Cfr. infra not. 6.

[4]) Praeceptor eccl. s. Andreae de Galliaco dioec. Albien., protonot. apost. Cui retinere permittitur mon. Grandissilvae dioec. Tholosan. jam antea in comm. obtentum. Cfr. Obl. 83, 94.

[5]) Et resign. Petri de Saneriis, magistri request. regis Franciae, 1491 Jan. 10 per Inn. VIII in epum. Montisalb. promoti (necnon Joannis epi. Praenestin. card. Andegaven., cui 15 Mart. 1491 admin. eccl. Montisalb. „in eventum" commissa erat).

[6]) Cfr. supra not. 3. Qui Joannes d'Auriole res 1516 m. Jul.

Montiscorvini.

[1]) Qui paulo post ecclesiis Vulturarien. et Montiscorvini unitis fit ipsarum eccl. episcopus. Cfr. Vulturarien.

Montisflascon.

[1]) Et Julittae de Clausura O. Praem. dioec. Reatin. Quo a. 1435 defuncto ecclesia Montisflascon. unitur cum ecclesia Cornetan. de novo erecta; v. ibi.

Montismaran.

[1]) Pro eccl. Montismaran. 1462 Mart. 26 simul in comm. obtenta.

Montispilosi.

[1]) Erect. a. 1460 e partibus dioec. Andrien. Cfr. litt. Innoc. III 1204 m. Apr. et Jun. 17 ac 1205 Maii 18 necnon Greg. IX die 4 Maii 1234 et 18 Apr. 1236 hac de re datas (*Potthast*, Reg. Rom. Pont., nr. 2175, 2246, 2504 et Reg. Greg. IX ed. *Auvray* nr. 1905 et 3140). Attamen illi tres primi epi. Montispil. (Antonettus, Rogerius, Martinus), quos *Gams* p. 900 affert, simul inter epos. Andrien. recensentur; Donatus autem, qui ad 1480 Jun. 24 adscribitur, delendus esse videtur.

[2]) Nobilis, 24 a. agens.

res. Julii Caesaris[3])	**Leonardus**[4]) (Carmini) de Cerbaria, cler. Barchinon.	1491 Jan. 10	AC Camer. I, 13
tr. Le. ad Triventin.	**Marcus** Copula O. S. B. congr. Montisoliv.[5])	1498 Nov. 26	AC Camer. I, 70

Montisregalis (**Monreale**) in ins. Sicilia, metrop. (2000 fl.)

ob. Jo. (1450 Jan. 25)	**Alfonsus** (de Cuevasruvias), protonot. apost.	1450 Feb. 11	Obl. 72, 40
ob. Alf. (1454 Nov. ..)	**Joannes** Soler (non de Aragonia), el. Barchinon.	1455 Jan. 3	Schede di Garampi
ob. Alf. et retr. Jo. ad B.	**Auxias** de Podio (Despuig)[1])	1458 Sept. 18	Schede di Garampi
ob. Auxiae card.	**Joannes** de Borja, cler. Valentin.[2])	1483 Sept. 13	Sixt. IV Lat. a. 13 l. 1 f. 243
ob. Jo. (1503 Aug. 1)	**Joannes** de Castelar S. R. E. card. et aep. Tranen.	1503 Aug. 9	AC Camer. I, 118

Montisregalis (**Mondovi**) in Italia super., suffr. Mediolan. (200 fl.)

tr. Perc. ad Bellicen.	**Aymericus** de Segaudo, el. Bellicen.	1438 Nov. 29	Obl. 66, 44
(ob. Ay. †1470 Mar. 12)[1])	**Antonius** de Flisco de Lavagna	1470 Apr. 17	Schede di Garampi
ob. Ant. de Flisco	**Antonius** Championis, cler. Gebennen., nobilis[2])	1484 Nov. 26	Obl. 83, 94
tr. Ant. ad Gebennen.	**Hieronymus** Calagrani, cubicul. secr. S. P.	1490 Nov. 5	AC Camer. I, 11
ob. Hieronymi	**Amedeus** e marchion. de Romagnano[3])	1497 Sept. 13	AC Camer. I, 57

Montisviridis (**Monteverde**) in Italia infer., suffr. Consan. ($33^1/_3$ fl.)

ob. Matthaei (1464)	**Vivianus** de Vivianis	1464 Sept. 26	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 260
ob. Viviani (1492)	**Franciscus** de Oliveto, adiac. eccl. Alifien.	1492 Dec. 10	AC Camer. I, 29
ob. Francisci	**Petrus** O. Praed., confessor regis Neapol.	1499 Julii 19	AC Camer. I, 76
ob. Petri (1502)	**Bartholomaeus** de Mondellis (desid. apud *Gams*)	1502 Oct. 24	AC Camer. I, 111

Moravien. (**Moray**) in Scotia, immed subj., dein suffr. s. Andreae (1200 fl.)

ob. Columbae (1435)	**Joannes** Wincestre, can. Moravien.	1435 Mart. 23	Obl. 66, 24
ob. Joannis	**Jacobus** (Stewart), prov. 19 Maii 1460, obl. se	1460 Junii 27	Obl. 76, 187
res. Jacobi	**David** (Stewart), solv. serv. comm.	1463 Dec. 10	Obl. 79, 59
ob. David (1476)	**Guilelmus** (Tullock), ep. Orcaden.	1477 Feb. 12	Obl. 83, 47
ob. Guil. (1482)	**Andreas** Stewart, decanus ips. eccl.	1482 Aug. 7	Obl. 83, 80
ob. And. Stuard (1501)[1])	**Andreas** Woreman, prior pr. de Mays[2])	1501 Nov. 26	AC Camer. I, 101

Morinen. (**Terouanne**) in Gallia, suffr. Remen. (5000 fl.)

tr. Lud. ad Rothomag.	**Joannes** (Juvenis), ep. Ambianen.[1])	1436 Oct. 24	Obl. 66, 31
ob. Jo. (1451 Sept. 9)	**David**, filius nat. ducis Burgundiae, 25 a. agens[2])	1451 Sept. 13	Obl. 72, 47
tr. David ad Traject.	**Henricus** de Lotharingia[3])	1457	Gams 521

Montispilosi (Montepeloso).

[3]) A. 1487 Assisii commorantis.

[4]) Apud *Gams* p. 901 legitur: „Bernardus (Leonardus)".

[5]) Obtinet facult. mutandi habitum illius congr. cum habitu congreg. s. Justinae. Obiit a. 1527.

Montisregalis (Monreale).

[1]) Qui 7 Maii 1473 promotus in S. R. E. card. retinebat eccl. Montisreg. Cfr. Caputaquen. et Caesaraugusten.

[2]) In minor. const., corrector litt. apost. Qui 31 Aug. 1492 promotus in S. R. E. card. retinet admin. eccl. Montisreg. Cfr. Ferrarien.

Montisregalis (Mondovi).

[1]) Jam 14 Apr. 1466 ecclesiae Montisreg. „vac. per ob. Emerici" Joannes Michaelis, cancell. ducis Sabaudiae, praefectus erat in epum. (Obl. 83, 1; cfr. Lausanen. ad a. 1466).

[2]) Protonot. apost., in minor. const.

[3]) Can. Taurinen. Protonot. apost. († 17 Mart. 1509). Mon. s. Salv. Taurin. per ejus promot. vac. conced. in comm. cardinali Perusino, reserv. tamen fructibus ipsius mon. eidem Amedeo.

Moravien.

[1]) Die 13 Aug. 1501 S. P. instante rege Franciae ecclesiam Morav. in pectore reservavit suae dispositioni (AC Camer. I, 98).

[2]) Al. de Petynheim O. S. A. dioec. s. Andreae, lic. in art., nobilis. Transf. ad Bituricen. 1516.

Morinen.

[1]) Qui 18 Dec. 1439 promotus in S. R. E. card. retinet illam eccl.

[2]) Cfr. not. 1 ad Cameracen.

[3]) Cui 1474 Sept. 2 datur in coadj. cum jure success. Guilelmus de Cluniaco, proton. apost. (Obl. 83, 34), quae quidem coadjutoria non habuit effectum.

tr. Henr. ad Meten.	**Antonius** de Croy, can. Leodien., proton. apost.[4])	1485 Maii 16	Obl. 83, 97
ob. Ant. (1495 Sept. 21)	**Federicus** card. s. Severini, *in admin.*	1496 Feb. 8	AC Camer. I, 46
res. card. s. Sev.	**Philippus** de Lucemburg, card. Cenoman.[5])	1498 Nov. 12	AC Camer. I, 69

Mothonen. (Modon, Medone) in Graecia, suffr. Patracen. (600 fl.)

tr. Mar. ad Corfien.	**Gabriel** Jacobi de Venetiis, decr. doctor	1432 Dec. 15	Arm. XII, 121, p. 280
tr. Gabr. ad Justinop.	**Marcus** de Cavatoreis, monachus m. s. Mich.[1])	1448 Junii 3	Obl. 72, 32
ob. Marci	**Angelus** (Fasolo), ep. Catharen.[2])	1459 Nov. 7	Pii II a. 2 Lat. l. pr. f. 67
tr. Ang. ad Feltren.	**Aloysius** (Ludovicus) Longus O. Praed.	1466 Oct. 6	Obl. 83, 4
ob.	**Joannes**	1472 Mart. 12	Schede di Garampi
ob.	**Andreas** Falco († 1506)	1491 Dec. 12	AC Camer. I, 19

Muranen. (Muro) in Italia infer., suffr. Consan. ($66^2/_3$ fl.)

cess. Joannis[1])	**Barnabas** de Molina	1443 Aug. 26	Obl. 66, 63
(ob. Barnabae)	**Andreas** (Veroli, ep. Urbinaten.)	1463 Maii 26	Cfr. Urbinaten.
tr. Andr. ad Camerin.	**Meulus** (de Mascambrunis), ep. Thelesin.	1464 Oct. 8	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 174
ob. Meoli (1486)	**Nicolaus** Antonii[2]) de Piscibus, presb. Benevent.	1486 Feb. 15	Obl. 83, 100

Murianen. vel **Maurianen.** tit.

ob. Dionysii	**Durandus** Sapelli O. Min.	1450 Nov. 6	Schede di Garampi
ob.	**Jacobus,** abbas mon. Can. s. Aug. dioec. Biterren.[1])	1451 Mart. 22	Obl. 72, 45

Mutilen. (Motula) in Italia infer., suffr. Tarentin. (60 fl.)

tr. Petri ad Gallipol.	**Antonius** (de Neotero seu Neatoro O. Min.)[1])	1445 Julii 23	Obl. 72, 10
ob. Antonii	**Nicolaus** de Genupia, decr. doctor	1468 Mart. 17	Obl. 83, 12
. . . .	**Leonardus**	1471 Sept. 13	Schede di Garampi
ob. Leonardi	**Joannes** al. **Angelus**[1]) de Barbiano O. Min. Obs.	1482 Aug. 18	Obl. 83, 81
. . . .	**Robertus** Piscicellus, aep. Brundusin., *in admin.*[2])	1487 Apr. 2	Schede di Garampi
. . . .	**Petrus** de Querciis	1512 Aug. 13	Schede di Garampi

Mutinen. (Modena) in Italia super., suffr. Ravennat. (150 fl.)[1])

res. Caroli	**Scipio** de Maynentibus, legum doctor[1])	1436 Oct. 17	Obl. 66, 29
ob. Scip. (1444)	**Jacobus** Antonius (della Torre), ep. Regin.	1444 Oct. 19	Obl. 72, 7
(tr. J. A. ad Parmen.)	**Dalphinus** (ep. Parmen.), solv. serv. comm.	1463 Sept. 24	Obl. 79, 57
ob. Dalphini (1465)	**Nicolaus** (Sandonnino), apresb. Ferrar., cler. cam. ap.	1465 Junii 7	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 219

Morinen.

[4]) A. 23 agens, usque ad a. 27 in admin., dein in epum.

[5]) Cum retent. ecclesiarum ac beneficiorum omnium, ad quae jus habet. Res. 1516.

Mothonen.

[1]) De Mauriano dioec. Castellan.

[2]) Hic et qui sequuntur episcopi Moth., desiderantur apud *Gams* p. 431.

Muranen.

[1]) Cuius transl. ad ... et admin. eccl. Muran. Angelo aepo. (Rossanen.?) commissa ab Eug. IV die 18 Aug. 1431 revocata est (AC Miscell. I, 235).

[2]) Juris utr. doctor. Apud *Gams* p. 902 nominatur Severus Antonelli. Vivit adhuc 1499 (res. 1517), quare Simon (1487) et Guidatus (1490—1508), qui apud *Gams* succedunt, expungendi sunt.

Murianen.

[1]) Quod mon. ei, cui conced. fac. exerc. pontif. in civ. et dioec. Albien., reservatur in commendam.

Mutilen.

[1]) Ep. Gallipolitan.

[2]) Inter eum et Petrum apud *Gams* p. 901 recensentur Hieronymus de Scudella († 1492) et Vincentius de Nicopoli (1502).

Mutinen.

[1]) Et camerae apost. clericus, cum dispens. super aetate, si opus fuerit.

tr. Nic. ad Lucan.	**Joannes** Andreae (Bocciacci) de Regio[2])	1479 Nov. 15	Obl. 83, 65
tr. Joa. Andr. (1495)	**Joannes** Bapt. de Ferrariis, abbreviator[3])	1495 Sept. 11	AC Camer. I, 44
ob. Jo. Bapt. card.	**Franciscus** Ferrarius (v. s. pag. 48 nr. 652, † 1507)	1502 Julii 20	AC Camer. I, 110

Myren. *v.* Mirren.

Mytilenen. (Mytilene) in Cycl. ins. Samo, metrop., tit.

ob. Angeli	**Huguetus** de Valentia O. Praed.	1431 Sept. 26	AC Miscell. I, 223
. . . .	**Dorotheus**, „deputatus ad negotium unionis“	1439	Schede di Garamoi
ob. Dorothei	**Leonardus** Chiensis O. Praed., mag. theol.[1])	1444 Julii 1	Obl. 72, 4
ob. Leonardi	**Benedictus** O. S. B.	1459 Dec. 3	Schede di Garampi
ob. (Ben.) a. s. a.[2]) .	**Genesius**, abbas mon. s. Basiani Lauden.[3])	1482 Maii 27	Obl. 83, 77
. . . .	**Daniel** de Birago[4])	1489 Julii 5	Schede di Garampi

Nachvanen. al. Nazovanen. (Naxivan) in Armenia, suffr. Soltanien.

ob. Joannis (Petri ?)	**Joannes** Simonis O. Praed.	1464 Sept. 17	Pauli II a. 1 Lat. l. pr. f. 173
. . . .	**Benedictus**	1478	Gams 455
ob. Bened. (1492)	**Joannes** Baptista	1492	
ob. Jo. Bapt. (1501)	**Benedictus** (O. Praed., † 1509)	1502	

Nandoralben. (Belgrad) in Servia, suffr. Colocen.

ob. Nicolai	**Blasius** Joannis O. Min.	1432 Feb. 8	Arm. XII, 121, p. 269
ob. Blasii	**Stephanus** Petri, cantor eccl. Cenadien.	1438 Apr. 30	Obl. 65, 41
ob. Ant. (1423 prom.)	**Thomas**, plebanus eccl. b. Mariae Magd.[1])	1450 Apr. 16	Obl. 72, 40
certo modo	**Petrus** de Szegedino (suffr. epi. Vesprim.)	1475	Schede di Garampi
ob.	**Joannes** de Rhenese (suffr. epi. Vesprim.)	1494 Oct. 30	
. . . .	**Thomas**	1506 Julii 10	

Nanneten. (Nantes) in Gallia, suffr. Turonen. (1500 fl.)

res. Joannis[1])	**Guilelmus** de Malestricto, decanus Maclovien.[2])	1443 Junii 14	Obl. 66, 63
res. Guilelmi[3])	**Amauricus** (d'Acigné), subdiac., decr. doctor	1462 Mart. 29	Pii II a. 4 Lat. l. pr. f. 93
ob. Am. (1477 Feb. 23)	**Petrus** du Chaffault, can. ips. eccl.[4])	1477 Mart. 17	Obl. 83, 48
ob. Pe. (1487 Nov. 12)	**Robertus** (de Spinay), ep. Lascuren.	1488 Oct. 1	Obl. 83, 116

Mutinen.

[2]) Abbrev. de majori parco, quod officium retinet; v. supra pag. 48 nr. 507.

[3]) De majori parco. Qui 28 Sept. 1500 in S. R. E. card. promotus retinuit eccl. Mutinen. Cfr. Capuan. ad a. 1501.

Mytilenen.

[1]) Obtulit quidem pro comm. serv. 33⅓ fl., deleta vero est haec obligatio, eo quod illa eccl. expedita fuit ut titularis.

[2]) Ubi quasi semper residebat. Cfr. not. 3 ad Moldavien. ac not. 3 et 4 ad Paphen.

[3]) Quod mon. ei remanet in comm.

[4]) Commend. mon. de Castiglione O. S. B. dioec. Parmen.

Nandoralben.

[1]) De castro Buden. dioec. Vesprim. Quae eccl. ei, cui conceditur fac. exerc. pontif. in dioec. Wacien., reservatur in comm.

Nanneten.

[1]) Cui reserv. annua pensio 6000 libr. mon. curr. — Hic Joannes (de Chateaugiron al. de Malestricto), olim ep. Briocen., idem habendus est atque ille Joannes de Malestricto ep. Briocen., qui inter cardinales a Felice V antipapa creatos a Joanne de Segovia in sua Hist. concilii Basil. adnumeratur. Cfr. supra pag. 10 nr. 19.

[2]) Cfr. not. 2 ad Cenomanen.

[3]) Qui postmodum in aepum. Thessalonicen. promovetur. Cfr. ibidem.

[4]) Cfr. supra pag. 48 nr. 507.

ob. Roberti (1493)[5]	**Joannes** (de Spinay), ep. Mirapiscen.[6]	1493 Nov. 4	AC Camer. I, 36
tr. Joa. ad Leonen.	**Guilelmus** (Guéguen), adiac. et can. Nanneten.[7]	1500 Sept. 25	AC Camer. I, 89

Narbonen. (**Narbonne**) in Gallia, metrop. (9000 fl.)

ob. Franc. (1432 Dec. 31)	**Franciscus** Condulmarus card. „Venetiarum"[1]	1433	. . . .
revoc. h. comm.	**Joannes** (de Haricuria), ep. Tornacen.	1436 Nov. 5	Obl. 66, 30
tr. Joa. ad Alexandrin.	**Ludovicus** (de Haricuria), ep. Biterren.	1451 Dec. 10	Obl. 72, 49
tr. Lud. ad Hieros.[2]	**Antonius** (du Bec Crespin), ep. Laudunen.	1460 Jan. 18	Pii II a. 2 Lat. l. pr. f. 85
